sed allegat innocētiā suam:sed in principio versus sequētis incipit hoc deprecari di. p ¶ Persequatur ⁊c. in meipsum nisi fuerim innocens a predictis. q ¶ Et comprehendat ita ꝙ non possim effugere. r Et cōculcet ⁊c. me occidendo ita ꝙ cadauer meū ꝯculcet̄ ab hoībus ⁊ bestijs. s ¶ Et gl'iam meā. i. gloriā regni israel mihi a deo ꝓmissam ꝑ samuelē. t ¶ In puluerē deducat ꝑ cadaueris mei incinerationē. v Exurge. Hic pn̄r allegat rōnē sue liberationis ex ꝑte diuine iusticie di. v ¶ Exurge dn̄e in ira tua. i. i effectu iusticie tue ꝑ vindictā. x ¶ Et exaltare in fini. ⁊c. tuā iusticiā ostendendo. y ¶ Et exurge dn̄e deus me⁹ ⁊c. i. sicut tu mādasti iudicib⁹ facere vindictā de malis:ita facias tu vindictā de meis ꝑsecutorib⁹:qȝ nō habeo iudicē in terra ad quē possim recurrere:eo ꝙ me persequit̄ rex terre. z ¶ Et synagoga ⁊c. Hic incipit versus ⁊ est sensus. congregatio ppl'oȝ circūdabit te. s. circa tēplū in quo est habitatio tua orādo ꝑ vindicta iusticie fienda cōtra gentiles eos ꝑsequētes iō subdit̄. a ¶ Et ꝑpter hāc ⁊c. i. ꝑpter iusticiā faciēdam ⁊ ostēdēdā de supernis ꝓcede:dicit̄ eīm deus quodammodo procedere in altum qn̄ effectum sue potētie ostēdit:q̄ prius nō apparebat. b ¶ Dn̄s iudicat populos:dicuntur aūt hic ppl'i iudeoȝ aduersarij de q̄bus fuerūt viri frequēter vindicati diuinitus ꝑpter orōnē eoȝ deuotā. sicut ptȝ in libris regū ⁊ in libris iosue ⁊ iudicū. ⁊ iō dauid cōsimiliter petit vindicari nō zelo vindicte:sed amore iusticie di. c ¶ Judica me ⁊c. ⁊ patet sentētia ex dictis. d ¶ Consumet̄. Hic consequenter propter suam liberationē allegat persequētiū maliciam. d ¶ Consumetur nequitia in transla. hiero. iuxta hebre. habetur. Consumet̄ ⁊ in idem redit. id est terminat̄ ⁊ in hebre. habet̄ finiat̄. e ¶ Pctōruȝ i. saul ⁊ suoȝ satellitū me nequiter occidere querētiū:⁊ ista neq̄tia fuit terminata quātū ad effectū: qn̄ dō timēs incidere in manu saulis fugit ad terrā philistinorū ſm qđ dr̄. j. Reg. xxvij. ⁊ nūciatū est sauli ꝙ fugisset dauid in geth ⁊ nō addidit vltra vt q̄reret desperās se posse capere eū. f ¶ Et diriges iustū. s. me seruuȝ tuū. g ¶ Scrutās corda ⁊ renes deus. i. tu deus facies predicta qui es. g ¶ Scrutans corda. i. clare videns cogitationes. h ¶ Et renes. i. delectationes q̄ ꝑ renes designātur:eo ꝙ delectationes venereorum q̄ sunt magis vehementes vigent in renibus viroȝ ſm qđ dicit Grego. omel'. xxxij. qȝ viris luxuria in lumbis sit feminis in vmbilico testatur dn̄s de diabolo ad beatū iob loquitur dicēs virtus eius in lumbis eius:et fortitudo illius in vmbiculo ventris eius. Uidebat enim deus clare cogitationes iniquas saulis querētis occidere innocētem. ⁊ delectationes eius malas:eo ꝙ assuetus malis delectabat̄ in eis:ſm quod dicit̄ prouer. ij. de talibus. Qui letantur cū male fecerint ⁊ exultant in rebus pessimis. Et cogitatiōes dauid rectas et eius delectationes bonas propter quod dignum erat vt a deo dirigeret̄ ⁊ adiuuaretur:ideo subditur. i ¶ Justum adiutorium meum ⁊c. Et patet litera ex dictis. k ¶ Deus iudex iustus reddens iustis ⁊ iniquis ſm suam iusticiam ⁊ iniquitatem perpetratam. l ¶ Fortis quia nullus potest impedire eius voluntatem. m ¶ Et patiens:quia non statim punit iniquitatem perpetratam sed expectat dans tempus penitentie. ideo subdit̄. n Nunquid irascitur. i. nunquid infert vindictam statim cū aliquis cōmittit contra eū offensam. q. d. non sed expectat tempus debitū dans penitentie locum:sed quia quādo peccatores hac dei patientia abutunt̄ grauius puniuntur:ideo subditur. o ¶ Nisi conuersi fueritis. tu saul ⁊ satellites tui a malis vestris. p ¶ Gladium suum vibrauit ad vos perforandū quod fuit impletum in mōte gelboe vbi saul irruit super gladium suū qui dicitur hic gladius dn̄i ex hoc qđ illud factum fuit ex ordine diuine iusticie inquantū fuit penale. q ¶ Arcū suū tetendit ⁊c. quia ibideȝ saul fuit vulneratus a sagittarijs. vt habet̄. j. Reg. vlti. Quorū arcus dicuntur arcus dn̄i:eo ꝙ ordine sue iusticie fuit sic vulneratus. et non solum saul fuit sic mortuus:sed etiam cōplices eius. r ¶ Et in eo parauit vasa. i. instrumenta mortifera:quia in hebreo instrumēta cuiuslibet artis dicuntur vasa ⁊ ideo ostendēs que sint ista vasa subdit. s ¶ Sagittas ⁊c. sagitte eniȝ ille quarū ferra igniuntur anteꝙ proijciantur grauius nocēt propter qđ talibus sagittis aliq̄n vtunt̄ in bellis maxime contra obsessos:sagitte aūt philistinorū que dicunt̄ sagitte dei ratione p̄dicta fuerunt valde graues sauli ⁊ suis complicibus ⁊ ideo sagittis ardentibus comparant̄. causa aūt huius nocumenti subditur cū dicitur. t ¶ Ecce parturit iniusticiā ⁊c. Hic est ordo preposterus: quia cōceptio precedit parturitionem saul autem primo concepit dolorem ⁊ inuidiā cōtra dauid dolēs qđ plus probitas dauid laudaret̄ cum cātaret̄ in choris. Percussit saul mille ⁊ dauid decē milia. vt habetur. j. reg. xviij. Parturit aūt iniusticiā qn̄ dolore inuidie inualescēte q̄ similis est dolori mulieris parturientis filiam suam dedit ipsi dauid vt eū faceret ruere gladio philistinorū. ita ꝙ sub simulatiōe amicitie querebat eū interficere ſm ꝙ habet̄. j. reg. xviij. peperit aūt iniquitatē qn̄ aperte ⁊ manifeste voluit eum interficere vt habet̄. j. reg. xix. tunc eīm manifeste apparuit malicia sua q̄ prius latebat in ipsi⁹ corde sicut in partu apparet fetus qui prius latebat in ventre. v ¶ Lacū aperuit ⁊c. qȝ saul quesiuit occasionē dauid per philisteos vt dictum est ⁊ ipse incidit in hoc malū qȝ ab eis occisus fuit ideo subdit̄. x ¶ Conuertetur dolor ei⁹ in malū quod ex dolore inuidie cōcepit contra me conuertet̄ sup eū ⁊ patet litera ex dictis ⁊ patet etiā ex dictis ꝙ dauid hic ꝓphetando predixit mortē saulis modū ⁊ eius cām. y ¶ Cōfitebor. hic vlti. i fine psal.

Persequatur[p] inimicus aīaȝ meā ⁊ cōprehēdat[q] et cōculcet[r] in terra vitā meā ⁊[s] gloriā meā in puluerē[t] deducat. Exurge[v] dn̄e in ira tua ⁊[x] exaltare in finibus inimicoȝ meorū. Et[y] exurge dn̄e de⁹ me⁹ in p̄cepto qđ mādasti ⁊[z] synagoga populorū circundabit te. Et[a] ꝑpter hāc in altū regredere:dn̄s[b] iudicat populos. Judica[c] me dn̄e ſm iusticiā meā ⁊ ſm innocētiā meā sup me. Cōsumet̄[d] neq̄tia pctōrū[e] ⁊[f] diriges iustū scrutās[g] corda ⁊ renes[h] deus. Justū[i] adiutoriū meū a dn̄o q saluos facit rectos corde. Deus[k] iudex iust⁹ fortis[l] ⁊ patiēs[m] nūq̄d[n] irascit̄ ꝑ singl'os dies. Nisi[o] ꝯuersi fueritis gladiū[p] suū vibrauit arcū[q] suū tetendit ⁊ parauit illū. Et in eo[r] parauit vasa mortis sagittas[s] suas ardentib⁹ effecit. Ecce[t] parturit iniusticiā ꝯcepit dolorē:⁊ peperit iniquitatē. Lacū[v] aperuit ⁊ effodit eū ⁊ incidit in foueaȝ quam fecit. Conuertetur[x] dolor eius in caput eius:⁊ in verticeȝ ipsius iniquitas eius descendet. Confitebor[y] dn̄o ſm iusticiam eius ⁊ psallam nomini domini altissimi.

Triplex ē gloria. s. beata sancta et vana.

In dō nō est ira pro illa passione sed per signum.

Uindicatio ad satisfactionē animi irati ⁊ in malū primi pctm̄ē xxiij. q. iij si eccl'ia. ⁊ c. q̄squis xpian⁹ ⁊. c. eauidicta. si ꝟo fit ex zelo iusticie non. q. v. non vos.

Justicia diuina facit vt i pugnēt mali in mortis articulo.

Ordo preposterus.

conuertit se dauid ad laudẽ dei de sua liberatione a persecutione saulis ſm ordinẽ diuine iusticie ⁊ ptꝫ litera. Moralr posset exponi ps. iste vt sit oratio cuiuslibet positi in afflictione corporali ex persecutione iniusta vel in afflictiõe spũali ex tẽtatione demonũ, maligna petentis diuinitus liberari allegando suã innocẽtiam ⁊ persecutorũ maliciã: ⁊ ptrãseo tñ q: ad hoc põt litera de facili applicari ſm pdicta: tum q: sicut pdixi itẽdo insistere sensui literali. ℂ Psalmus.viij.

ℂ Victori p torcularib⁹. ps. dd. viij.
Domine[a] dñs[b] nr. q̃[c] admirabile est[d] nomen tuũ in vniuersa terra. Quoniã[e] eleuata est magnificentia tua super[f] celos Ex[g] ore infantiũ ⁊ lactantium pfecisti laudẽ ppter[h] inimicos vt[i] destruas inimicũ ⁊ vltorẽ. Qm̃[k] videbo celos tuos opera digitorũ tuorũ lunã ⁊ stellas que tu fundasti. Quid[l] est homo ꝙ memor es eius[m] aut[n] filius hois qm̃ visitas[o] eum. Minuisti[p] eum paulominus ab angelis gloria[q] ⁊ honore coronasti eum ⁊[r] constituisti eum sup opa manuũ tuarũ. Oĩa[s] subiecisti sub pedibus eius: oues[t] ⁊ boues vniuersas insup ⁊ pecora campi. Volucres celi ⁊ pisces maris qui perambulãt semitas maris. Dñe[v] dñs noster: q̃ admirabile est nomẽ tuum in vniuersa terra.

Locutio grãmaticalis.

Domine dñs noster. Huic ps. pponit talis tit. in heb. Ad victoriã sup hagutit ps. dauid. Ad cuius intellectũ sciẽdum ꝙ hec syllaba ha q̃ pponitur huic vocabulo gutit est articulare accusatiui casus ĩ he. sicut in gallico dicimus: le maistre. Hec syllaba le est articulare acti casus ⁊ nominatiui. sed in latino nõ ponit talis articulatio q: casus distinguũtur ⁊ cognoscunt per variationẽ vocabuli in fine cũ dicit magister magistri magistro magistrũ nisi in vocatiuo casu vbi dr: aliqñ o magister: ita ꝙ li o est articulare vcti casus. igit si supradictus ti. huius ps. de hebreo ponatur in latino debet sic dici ad victoriã vel victori sup gutit. ps. dd. ita ꝙ hec prepositio sup sufficiẽter exprimit actm̃ casuꝫ in hoc vocabulo gutit ꝙ est nomẽ heb. equocũ vt dicũt heb. q: vno mõ est nomẽ cuiusdam instrumẽti musici sic vocati hebraice eo ꝙ pmo factũ fuit in geth ciuitate philistinorũ: ⁊ sic exponit ra. salo. pdictũ ti. ps. dd est iste sup. sup gutit. i. aptus decãtari in tali instrumẽto musico: eo ꝙ diuersi cãtus diuersis instrũis appropriant ad victoriã siue victori. i. in q̃daꝫ conatu leuitarũ quorum vnus chor⁹ conabat ĩ cãtãdo supare alterũ sicut pleni⁹ fuit dcm̃ supra in ti. ps. iiij. Alij xo heb. dicũt ꝙ gutit hic accipit ĩ alia significatione vcꝫ put significat torcular: dicẽtes ꝙ p hoc intelligitur edõ siue esau q̃ dr torcular. Esai. lxiij. vbi dr. Quis est iste qui venit de edõ tinctis vestibus de bosra ⁊ sequit. Quare rubrũ est indumẽtũ tuũ ⁊ vestimẽta tua sicut calcantiũ in torculari. ⁊ rñdet. torcular calcaui solus. Dicunt eñi ꝙ hic scriptura loq̃tur de messia in cuius aduẽtu expectãt regnũ romanũ p regnũ edõ designatũ calcãdũ ⁊ subijciẽdũ iudeis p regeꝫ messiã. sicut torcular calcat. ⁊ intelligũt regnũ romanũ put aliqñ continuit sub se oĩa regna terre q̃ expectãt subijciẽda p regẽ messiã ⁊ maxime pplm catholicũ romane ecclie subiectũ. Et sic exponũt ti. predictus Victori sup torcular. i. regi messie deuicturo edõ pdicto mõ. ps. dd. i. dicat ad laudẽ ei⁹ ps. fact⁹ ab ipso dauid cũ dr. Dñe dñs nr ⁊c. Igit ptꝫ ꝙ ſm heb. antiquos iste ps. est de victoria facta p christũ qđ verũ ẽ q: hoc expresse dicit saluat. matt. xxj. allegãs aliqđ dictũ in hoc ps. scriptũ de ipso ꝙ cũ pueri in tẽplo ad ei⁹ laudeꝫ clamarent. Osanna filio dauid pncipes sacerdotũ indignati dixerũt ei audis q̃d isti dicũt. q. d. nõ deberes sustinere talẽ falsum applausum. ⁊ rñdit eis. Nunq̃d nõ legistis q: ex ore infantiũ ⁊ lactentium pfecisti laudẽ. i. vos q̃ legistis scripturas deberetis intelligere ꝙ hoc scriptũ est de me hoc etiã patet p aplm in epla ad heb. ij. vbi magnã ptẽ huius psal. induxit tanq̃ dictã de xpo ⁊ p ɔñs psal. dicit sic. Quid est hõ ꝙ memor ẽ ei⁹ ⁊c. vsq ibi. Omnia subiecisti sub pedib⁹ eius. Et postea subdit exponendo de christo di. Eum aũt qui modico ꝙ angeli minoratus est videamus iesum p passionem mortis gloria ⁊ honore coronatum. Nec põt dici ꝙ iste expositiones fuerint mistice sed sunt literales: q: christus loquebat legisperitis ⁊ apostolus hebreis q̃ nõ attendebãt nisi ad sensum literalẽ: ppter ꝙ hebrei antiqui bene dixerũt dicẽdo ꝙ iste psal. est de christo intelligend⁹ ad literã ⁊ ꝙ romanũ imperium erat ei subijciendũ sicut videmus impletũ in capite a cõstantini tpe. Alie etiã ptes orbis christo subijcientur añ finẽ mũdi vt est pphetatũ p dañ. vij. Ois populus trib⁹ ⁊ lingue seruiẽt ei. sed istud qđ iudei expectãt. s. futurũ messiã est falsum: accipiẽdo igit illud quod est veritatis falsitatẽ dimittẽdo põt exponi ti. heb. supraposit⁹ ⁊ ti. hiero. in trãsla. iuxta hebraicum q̃ est oĩo similis nisi ꝙ ponit plurale p singulari. sic. Victori p torcularib⁹ psal. dauid. i. regi christo victori pro torcularib⁹. i. p meritis suarũ passionũ: q̃ torcularia dicunt si accipiant pres passionis siue torcular si accipiatur tota passio simul eo ꝙ sanguis eius ibi fuit expressus sicut sanguis vue in torcularibus seu torculari⁹ hoc ĩ spinee corone impositiõe flagellatione ⁊ pedum: manuum ɔfictione ⁊ lateris transfictione p que habuit plenã victoriã ⁊ glorie coronã ⁊ exultationẽ sup oĩa creata psalmus dauid. i. iste psalmus fact⁹ est a dauid ad eius gloriã ⁊ honorẽ. Ad diuisionẽ igit huius psal. ſm sniam ti. predictã considerãdum est ꝙ licet triumphus christi fuerit meritorius rõne humanitatis patientis rõne cuius est sup omnia exaltatus ſm ꝙ dicit aplus Phili. ij. Humiliauit semetipsum factus obediẽs vsq ad mortem: mortẽ autẽ crucis: propter ꝙ ⁊ deus exaltauit illum ⁊ donauit illi nomẽ qđ est sup omne nomẽ: tñ fuit effectiue virtute diuinitatis: vt ptꝫ auctoritate apli inducta ⁊ iõ psal. dd ɔfitetur in christo potestatẽ diuinitatis: ⁊ secundo ɔditionẽ humanitatis ibi. Quid est hõ. Circa primum dicit. a ℂ Dñe. oim p generalẽ gubernationẽ. b ℂ Dñs nr. p spãlem cultuꝫ ⁊ fidẽ: q: ex semine dauid assumpsit carnẽ. c ℂ ꝙ admirabile. i. valde admirabile. d ℂ Est nomẽ tuũ ⁊c. propter qđ dicit aplus post verba premissa. Exultauit illum ⁊ dedit illi nomẽ quod est sup omne nomẽ. Illa aũt q̃ superexcellẽtia sunt incõprehẽsibilia sunt a nobis: ⁊ p ɔñs sunt admirabilia. e ℂ Qm̃ eleuata est magnificẽtia ⁊c. i. ipse christ⁹ qui rõne deitatis dicit dei sapientia: ⁊ virt⁹ ſm ꝙ dicit aplus. j. ad Cor. j. Predicam⁹ xpm dei virtutẽ ⁊ dei sapiẽtiã. In istis aũt duob⁹ ɔsistit magnificentia eo ꝙ p ista duo fiũt magna facta circa q̃ ppie est magnificẽtia vt hr. iiij. Ethi. ⁊ nomẽ magnificẽtie hoc ostẽdit. f ℂ Sup celos. i. sup omnẽ creaturã celestẽ etiam angelicam sicut dicit apls heb. j. tanto melior angelis effectus quãto differentius pre illis nomẽ hereditauit ⁊c. g ℂ Ex ore infantium ⁊c. diuinitas aũt christi fuit confessa ab angelis ɔfessione laudis ab hora natiuitatis put hr Lu. ij. Et subito facta est cum angelo multitudo militie celestis exercitus laudãtiũ deum ⁊c. Sed laus ista fuit pfecta qñ pueri in templo clamabant cõfitẽtes diuinitatem christi dicentes. Osanna. i. obsecro salua in excelsis. Salutẽ eñi celestem nullus dat nisi deus ſꝫ ꝙ dicit in psal. grãm ⁊ gloriam dabit dñs. Pueri aũt isti nõ erãt hoies literati: q: ex scientia legis ⁊ prophetarũ possent cognoscere diuinitatẽ christi ⁊ sic cõfiteri ppter ꝙ ista laus videtur processisse a spiritusancto linguas eorũ mouente sicut locutio asine balaam non fuit ab ea nisi passiue tantum sed effectiue fuit ab angelo linguam eius mouente, ⁊ sic ista laus puerorum videt perfectior fuisse q̃ angelorum quantum ad

Acceptio hui⁹ vocabuli gutit.

Docet de q̃ sit iste psal. ĩ sensu allegorico.

Acceptio metaphorica.

Diuisio psalmi istius.

christ⁹ q̃tũ ad ei⁹ corp⁹ fuit ɔcept⁹ de purissimo sanguine xgis marie q̃ erat de pgenie dauid.

hoc qđ efficiebatur hoc mõ immediate a spiritusancto qui precellit omnes angelos in infinitũ. h ℂ Propter inimicos cõfutãdos: q: per istam laudem ⁊ scripture interpretationem a xpo factã principes sacerdotũ xpo inimicãtes fuerũt cõfusi. i ℂ Ut destruas inimicũ ⁊c. i. populũ iudaicũ xpm psequẽtẽ qui fuit ei⁹ inimicus: ⁊ etiã vltor inquãtum sub titulo vltionis iniurie legis mosaice eũ psequebãtur imponẽtes sibi trãsgressionẽ legis in violatione sabbati ⁊ quibusdã alijs: ⁊ iste populus vltor ⁊ inimicus ppter hoc postea fuit destructus p romanos xpo eos ad hoc incitãte ex ordine sue iustitie. k ℂ Qm̃ videbo. Hic cõsequẽter dauid exprimit in xpo cõditionẽ humanitatis quãtum ad humilitationem eius ⁊ exaltationem dicens. k ℂ Qm̃ videbo celos ⁊c. i. celũ sydereuꝫ in quo sunt stelle. ⁊ empireũ in quo sunt angeli: eminentiã eorũ ɔsiderãdo respectu nature hũane in se cõsiderate: ideo subdit. l ℂ Quid est hõ id est natura humana respectu angelice. q. d. modicũ quid. ⁊ tñ. m ℂ Memor es eius eam a peccato liberãdo: videt eñi deus quodãmodo oblitus fuisse humane nature quã diu dimisit eã sub malo culpe ⁊ pene: ⁊ recordatus ipsius qñ venit liberare eã sicut petebat dauid: veni ad liberãdũ nos ⁊c. hoc autẽ nature angelice nõ fecit cui⁹ peccatũ nõ remediauit. n ℂ Aut filius hominis. i. fili⁹ virginis: q: homo est gñis cõis. q. d. natura humana xpi in se cõsiderata minor est angelica ⁊ tñ. o ℂ Visitas eum assumendo illã naturã in supposito verbi vt sic esset vnus fili⁹ virginis ⁊ dei: hoc autẽ nõ fecit de⁹ nature angelice: q: nusq̃ angelos apprehendit: sed semẽ abrae vt dr hebre. ij. p ℂ Minuisti eum ⁊c. in sua passione: q: angeli nõ sunt hoc modo passibiles. s. passione corpali. q ℂ Gloria ⁊c. q: p meritũ sue passionis resurrexit ⁊ ascẽdit in celũ ⁊ coronat⁹ sup angelos sedet ad dexterã dei patris ſm qđ dr Mar. vlti. Et dñs quidã iesus postq̃ locutus est eis assumpt⁹ est in celũ ⁊ sedet a dextris dei. r ℂ Et cõstituisti ⁊c. ppter qđ dñs post resurrectionẽ suã. Math. vlti. di. Data est mihi oĩs potestas in celo ⁊ in terra ⁊ ideo subdit. s ℂ Oĩa subiecisti. q: etiã ãgeli supremi sunt hoi xpo subiecti. t ℂ Oues ⁊c. istud addit ad remouẽdũ errorẽ illorũ q̃ dixerũt ꝙ diuina puidẽtia nõ se extẽdit ad sua inferiora ſꝫ tm̃ ad superiora in quorũ persona dr Job. xxij. Circa cardines celi pambulat nec nostra cõsiderat. v ℂ Dñe dñs noster ⁊c. Hic in fine psal. resumit dauid primũ versum sicut in cantilenis fieri solet ꝙ ĩ fine reiterat principiũ: ⁊ iõ exponat sicut pri⁹. Moraliter aũt posset exponi ps. iste q̃ ẽ de xpo capite vt visuꝫ est de quolibet fideli q̃ est mẽbrũ xpi qui p virtutẽ humilitatis ⁊ patiẽtie p diuinã virtutẽ sublimat ad coronã glorie ad quam nos perducat amen.

Bonauẽ. di. ij. scđi sen. deus nobilius cõstituit naturam angelicã q̃ hũanã rõne loci quo fuit creata in vite puritate in seruitij facilitate in premij citiori receptione.

Psalmus nonus.

Confitebor tibi dñe. Huic psal. talis pponit titulus in hebreo. Ad victoriã almutlabẽ. ps. dauid ad cui⁹ itellectũ sciẽdũ ꝙ hec dictio almut ab aliquib⁹ ĩ duas ptes diuidit ⁊ sic est sensus Sup mortẽ labẽ importat filiationẽ ⁊ hoc modo accepit hie. in trãsla. iuxta heb. di. sic. Victori sup mortẽ filij ps. dauid. ⁊ ſm hoc aliqui expositores nostri dixerũt ꝙ dauid fecit hũc psal. p morte filij sui absalon. Sed btũs Aug. hoc reprobat ⁊ merito vt vr: q: dauid in morte absalon nõ cecinit carmẽ leticie: sed magis carmẽ lugubre. di. Fili mi absalon quis mihi tribuat vt ego moriar p te ⁊c. ij. Reg. xviij. In hoc aũt psal. exprimit carmẽ letitie: q: in secũdo versu dicitur. Letabor ⁊ exultabo in te ⁊c. ⁊ circa mediũ psal. Exultabo in salutari tuo. Alij dixerũt ꝙ dauid fecit hũc psal. gratias agẽs de morte primogenitorũ egypti in exitu israel de egypto vt hr Exo. xij. ⁊ sic est predicti ti. sensus ad victoriã super mortem filij. i. filiorũ accipiẽdo singulare pro plurali: sed ista expositio non habet magnam apparẽtiã quia in toto psal. isto nõ fit mẽtio aperta de ista pcussione primogenitorũ egypti nec de exitu filiorum israel de egypto. Itẽ hec expositio hec predicta improbãtur p hoc qđ predicta dictio hebraica almut in omnibus biblijs hebraicis quas ego vidi scribit p vna dictione ⁊ sic nõ põt signare post mortem. Accipiẽdo igit almut put est vna dictio adhuc ſm heb. habet triplicem significationẽ: q: vno modo est nomẽ instrumẽti musici in quo cantabat iste ps. vt dicũt aliqui hebrei. Sed hãc expositionẽ vt inconuenientem dimittit ra. sa. Alio mõ iuuẽtutem sicut alma in heb. significat iuuẽculam. ⁊ hãc sequitur ra. sa. di. ꝙ dauid in spũsancto preuidit iuuenes fortes de israel captiuãdos p romanos: ⁊ postea p maximũ tẽpus reuelãdos ſꝫ nõ in eisdẽ numero p regem messiam quem in aduẽtu suo dixit subiecturũ orbem terrarum iudeis. ⁊ sic est sensus ti. predicti sup iuuẽtutẽ filij. i. filiorũ ⁊c. Sed hec expositio supponit falsum ⁊ erroneum scꝫ spm̃ esse vẽturũ: ⁊ iõ totaliter est vitãda. Tertio almut significat occultationẽ. ⁊ ſm hoc ponit titu. hui⁹ psal. cõiter in biblijs nostris. In finem pro occultis filij ps. dauid quã significationẽ sequũtur Aug. ⁊ Cassi. ppter qđ intẽdo eã sequi. Ad cui⁹ intellectum sciẽdũ ꝙ duplex est iudicium diuinũ vnũ est iudiciũ discretionis quo discernunt fideles ab ifidelibus: ⁊ hoc potissime incepit a predicatione xpi ⁊ aplorũ q: iusto dei iudicio ſꝫ occulto nobis aliqui cõuersi sunt ad fidẽ ⁊ alij in infidelitate indurati. Cui⁹ rõ est nobis valde occulta. vnde cũ apls dixisset Ro. ix. cuius vult miseret ⁊ quẽ vult indurat. Et postea. xj. Vide ergo bonitatẽ ⁊ seueritatem dei in eos quidem qui non credũt seueritateꝫ in te autem bonitatem dei si pmãseris. post ea subdit. O altitudo diuitiarũ sapiẽtie ⁊ sciẽtie dei: q̃ incõprehẽsibilia sunt iudicia eius. Et ps. xxxv. Judicia tua abyssus multa. Aliud est autẽ iudiciũ dei qđ dicitur iudicium discussionis ꝙ erit in fine mundi et licet illud iudicium futurũ sit valde clarum q: manifestabunt etiã occulta cordium: tñ est modo nobis valde occultũ ſm ꝙ dicit saluator. Math. xxiiij. De die aũt illa ⁊ hora nemo scit neq angeli in celo nisi solus pater. Utrũq aũt iudicium datũ est ipsi xpo ſm ꝙ ipse dicit. Joh. v. Pater omne iudicium dedit filio. ⁊ de isto duplici iudicio sibi dato quod preuidit dauid in spũsancto fecit hũc psal. ⁊ sic est sensus ti. predicti. In finẽ p occultis ⁊c. i. iste ps. factus est a dauid pro occultis filij. i. pro duplici iudicio predicto dato filio. In finẽ id est dirigens nõ ad cõsiderationẽ finis mũdi ⁊ beatitudinis que tũc retribuetur iustis tanq̃ vltimus finis et sic iste ps. est de iudiciaria potestate xpi sicut precedens ps. de sua exaltatione q̃tũ ad sensum literalem.

Aliquorũ opinio.

Reprobatio illius.

Aliorũ opinio.

Duplex ẽ iudiciũ diuinum.

Xpus habet potestatem iudicandi ĩ q̃tũ deus potestate ppria in q̃tum hõ potestate delegata.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

Non enim omnis expositio ps. de christo est mystica sicut supra ostensum est ps.ij.⁊.viij. Et idẽ dicẽdũ est de isto. plura enim ⁊ expressi⁹ pphetauit dauid de xpo q̃ alij pphete ppter quod dicitur eximius pphetarũ sicut dictũ fuit in principio hui⁹ libri. Igit̃ sm hoc iste ps. diuidit̃ in duas partes: q2 primo dauid se cantare predicit. scdo materiã sui cantus subiũgit ibi. in cõuertẽdo. Circa primũ di. sic. a ¶ Cõfitebor tibi dñe. s. confessione laudis. b ¶ In toto corde. i. itellectu ⁊ affectu. c ¶ Narrabo oĩa excellẽtia mirabilia tua que

Quid sit exultatio

sunt i duob⁹ iudicijs tuis nobis valde occultis: ⁊ hoc est hyperbolica locutio sicut dicit̃. Tota ciuitas currit ad tale spectaculũ ad denotãdũ multitudinẽ euntiũ q̃uis multi nõ vadãt sic sunt multa dei mirabilia q̃ nõ narrantur in hoc ps. tñ dr̃: oĩa mirabilia ad denotandũ magnitudinem hoꝝ mirabilium. d ¶ Letabor interi⁹. e ¶ Et exultabo exterius: dicit̃ enim exultatio quasi extra saltatio vnde infra ps. lxxxiij. Cor meum ⁊ caro mea exultauerũt in deũ viuũ: q2 sm hoc dicit beatus Gre. omel. j. Quis iudiciũ futurũ terribile sit iniustis: tñ iustis erit materia exultationis ppter qd di. saluator de illo iudicio apostolis. Luce. xxj. His aũt fieri icipiẽtibus respicite ⁊ leuate capita vestra. i. exhilarate corda put exponit gre. cui⁹ rõ est: qm̃ appropinquat redẽptio vestra. f ¶ Psallaz ⁊c. In futuro enim iudicio apparebit xpi sublimitas cui⁹ in primo aduẽtu ostẽsa est humilitas. f ¶ In cõuertẽdo. Hic pñr dauid exprimit materiã sui cantus q̃ est duplex iudiciũ pdictũ. ⁊ primo exprimit iudiciũ discretionis: ⁊ scdo iudiciũ discussionis ibi. Cõuertant̃ ⁊c. primo di. f ¶ In cõuertẽdo ⁊c. q. d. ppter hoc letabor ⁊ exultabo in te q2 inimicus meus. s. diabolus q̃ icitauit dauid ad numerãdũ ppl'm. vt hr̃. ij. Reg. ⁊. j. paral'. xxj. et etiã inimic⁹ humani gñis: i cui⁹ etiã psonaz loquebat̃ dauid. ⁊ nõ solum in sua pte cõuertet̃.

Damnati videbunt xpm in iusticio habẽtem faciẽ igneã.

De demonibus.

¶ In finem pro occultis. ps. dauid. ix.

Confitebor[a] tibi dñe in[b] toto corde meo: narrabo[c] oĩa mirabilia tua. Letabor[d] ⁊ exultabo[e] in te psallam[f] nomini tuo altissime. In[f] conuertẽdo inimicũ meũ retrorsum[g]: infirmabuntur[h] ⁊[i] peribũt a facie tua. Quoniam[k] fecisti iudicium meum ⁊ causam meam: sedisti[l] super thronum qui iudicas iustitiam. Increpasti[m] gentes et[n] peribit impius: nomẽ[o] eorum delesti ineternum ⁊ in seculum seculi. Inimici[p] defecerunt[q] framee in finem: ⁊[r] ciuitates eorũ destruxisti. Perijt[r] memoria eorũ cũ sonitu[s]: ⁊[t] dñs in eternũ permanet. Parauit[u] in iudicio thronũ suuz ⁊ ipse iudicabit orbez terre in equitate: iudicabit populos in iustitia. Et fact⁹[x] est dñs refugium pauperi adiutor[y] in opportunitatibus in tribulatiõe[z] Et sperent[a] in te qui nouerunt nomen tuum: qm̃ nõ[b] dereliquisti querentes[c] te dñe. Psallite[d] dño qui[e] habitat in syon: annũciate[f] inter gentes studia ei⁹. Qm̃[g] requirens sanguinem eorum recordatus est: non est

g ¶ Retrorsum: q2 a parte predicationis xpi ⁊ apostolorum frequẽter demones fuerũt expulsi ⁊ fugati vt pz in euãgelio Johã. xij. Nunc iudiciũ est mũdi: nũc princeps mũdi eijcietur foras. ⁊ in acti. apostoloꝝ i plurib⁹ locis. h ¶ Infirmabũt: q2 potestas demonũ fuit debilitata ne possent tm̃ nocere hoibus quãtum ante ideo subdit̃. i ¶ Et peribũt ⁊c. reputabãt enim in hoc quodãmodo se perire q2 arcebãtur a nocumẽto hoim. vt dicit̃ Mar. j. Quid nobis ⁊ tibi iesu nazarene venisti ante tempus perdere nos. k ¶ Qm̃ fecisti ⁊c. i. facies tempore xpi a me descensuri sm carnẽ ⁊ loquit̃ de futuro p modũ preteriti ppter incertitudinẽ pphetie quo modo loquẽdi frequenter vtuntur pphete. l ¶ Sedisti super thronum ⁊c. p hoc designat̃ potestas iudiciaria xpi q̃tum ad iudiciũ discretionis q̃ fideles credẽtes ab obstinatis ifidelib⁹ sunt separati: ideo subdit̃. m ¶ Increpasti gẽtes p pdicationẽ apostolorum de ydolatria cui erant subdite. n ¶ Et peribit impius. i. diabolus q2 gẽtes predicationẽ apostolorum recipiẽtes fregerũt ydola in quib⁹ demones colebãtur. o ¶ Nomẽ eoꝝ delesti: q2 pri⁹ vocabãtur pagani modo xpiani ⁊ noia ydoloꝝ perierũt de terra: sicut pdictũ fuit zach. xiij. In illa die dicit dñs: pdã noia ydoloꝝ de terra: ⁊ nõ memorabũtur vltra. p ¶ Inimici defecerũt framee. i. gladij diaboli quibus quasi innumerabiliter sauciabãt genus humanum. q ¶ Defecerũt q2 p magna parte eoꝝ potestas diminuta est p christũ ⁊ apostolos vt predictũ est. r ¶ Et ciuitates ⁊c. multe enim ciuitates cultui demonũ dedit per principes catholicos sunt destructe vt p karolũ magnũ ⁊ alios ⁊ alios principes christianos. r ¶ Perijt ⁊c. i. ydolatria ⁊ ydoloꝝ. s ¶ Cum sonitu. i. p sonitũ predicationis apostoloꝝ ⁊ alioꝝ predicatoꝝ: vt predictum est supra vel aliter. s ¶ Cum sonitu. s. armoꝝ. ⁊ tubarũ q̃ solẽt fieri in bellis quãtũ ad illos qui perierant christianorũ armis. t ¶ Et dñs ⁊c. q2 regnũ dñi nostri iesu xpi stabile est ineternum. v ¶ Parauit ⁊c. Per hoc notat̃ xpi potestas iudiciaria q̃tum ad iudiciũ discretionis vt dictũ est supra: ⁊ est repetitio eiusdem sententie sicut frequenter fit in canticis. x ¶ Et factus est ⁊c. in populo catholico qui fuit valde pauper ⁊ abiectus in principio. y ¶ Adiutor in opportunitatibus: id est in tempore oportuno quod est tribulationis tẽpus ideo subditur. z ¶ In tribulatione scz martyrum tpe quoꝝ fuit adiutor: vt tormẽta nõ solum sustinerẽt patienter sed etiam gaudẽter. Act. v. Ibãt apti gaudẽtes a cõspectu cõsilij qm̃ digni habiti sunt pro nomine iesu cõtumeliã pati: ideo subditur. a ¶ Et sperẽt in te ⁊c. p verã fidẽ. b ¶ Qm̃ nõ dereliquisti absq3 consolatione. c ¶ Querentes te: moribus ⁊ fide: ⁊ ideo pro tantis beneficijs subdit propheta. d ¶ Psallite domino gratias agendo. e ¶ Qui habitat in syon: id est in ciuitate celesti hic expressa p syon que specula interpretatur: quia ibi facie ad faciem deus videtur: ⁊ ideo lz sit vbiq3 p essentiã ⁊ presentiam ⁊ potentiam: tamen in celo specialiter habitat per apertam visionem. f ¶ Annunciate inter gentes studia eius id est legem euangelicam quam studiose docuit verbo ⁊ facto. vt dicitur Actuum. j. Cepit iesus facere ⁊ docere. Hec autem annunciatio euangelij fuit iniuncta discipulis christi iudeis ipsam repellentibus propter quod Paulus ⁊ Barnabas dixerũt. Actuum. xiij. Vobis oportebat primo loqui verbum dei: sed quoniam repellitis illud et indignos vos iudicatis eterne vite ecce conuertimur ad gentes: sic enim precepit nobis deus. g ¶ Quoniam requirens ⁊ construatur sic. Non est oblitus: scilicet ipse dominus. Clamorem pauperum. id est martyrum. Quoniam recordatus est scilicet clamoris ipsorum. Requirens sanguinem eorum de manu tyrannorum: aliquando per penam temporalem; aliquando per eter-

Oẽs demões nõ erũt in inferno nisi post iudicium vl'e. ps. qm̃ facies et sic de alijs.

Xpi potestas iudiciaria.

Triplex ẽ fides mortua ⁊ virtuosa.

Quomodo deus est vbiq3.

Deus punit tripliciter.

nam: ⁊ aliqñ vtroq3 modo. h ¶ Miserere mei dñe. loquitur in persona ecclesie. i ¶ Vide humilitatẽ ⁊c. id est afflictionẽ mihi illatã a tyrannis. k ¶ Qui exaltas ⁊c. sicut in primitiua ecclesia iohãnes euãgelista ante portã latinam in feruẽtis olei doliũ missus tanq3 fortis athleta exijt vnct⁹ nõ adustus. ⁊ paulus in damasco ⁊ hierusalẽ de ianuis mortis fuit diuinitus saluatus: vt habet̃ Act. ix. xxxj. ⁊ multi alij christi discipuli sic fuerũt saluati. l ¶ Vt annunciẽ oẽs laudationes tuas in portis filie syon. i. ecclesia militãte q̃ est filia

oblitus clamorẽ pauperũ. Miserere[h] mei dñe vide[i] humilitatẽ meã de inimicis meis. Qui exaltas[k] me de portis mortis: vt ãnnũciẽ[l] oẽs laudatiões tuas i portis filie syõ. Exultabo[m] i salutari tuo. ifixe[n] sunt gẽtes in iteritu quẽ fecerũt. In laqueo[o] isto quẽ absconderũt: cõprehẽsus est pes eoꝝ. Cognoscet[p] dñs iudicia faciens: in opibus manuũ suarũ cõprehẽsus est pctõr. Cõuertant̃[q] pctõres i infernuz: oẽs[r] gẽtes que obliuiscunt̃ deũ. Qm̃ nõ[s] i finẽ obliuio[t] erit pauperis. patiẽtia[u] pauper non pibit in finẽ. Exurge[x] dñe non pfortet̃ hõ iudicent̃[y] gẽtes in pspectu[z] tuo. Cõstitue[a] dñe legislatorẽ sup eos. vt sciãt[b] gẽtes qm̃ hoies sũt. vt qd[c] dñe recessisti lõge despicis[d] i opportunitatib⁹ in tribulatiõe. Dũ[e] supbit impius incẽdit̃ paup[f] cõprehẽdunt̃[g] in psilijs[h] qbus cogitãt. Qm̃[i] laudatur pctõr i desiderijs aĩe sue: ⁊ iniquus bñdicitur ⁊ exacerbauit[k] dñm pctõr: sm[l] multitudinez ire sue nõ[m] queret. Nõ[n] est deus i cõspectu eius: inqnate[o] sunt vie illius in oĩ tpe. Auferũtur[p] iudicia tua a

triũphantis. Ad hoc enim fuit iohãnes pdicto modo saluatus vt annunciaret pdicationes xpi in gratia: ⁊ apocalypsim scriberet septez ecclesijs q̃ sunt in asia. Similiter paulus vt predicaret euangeliũ gentib⁹: vt dr̃ Act. ix. Vas electionis mihi est iste vt portet nomen meũ corã gentib⁹ ⁊ regibus. Et ex eadẽ causa mors iminens multis sanctis fuit diuinitus retardata: vt pz in eoꝝ actibus: ppter qd ex tãto bñficio a dauid pmiso subdit. m ¶ Exultabo in salutari tuo. quo sic saluabis electos tuos. n ¶ Infixe ⁊c. q2 multi tyrãni in gentilitate obstinati in psecutione martirũ subito mortui sunt ⁊ in iferno demersi. sicut egeas in psecutiõe andree a demone suffocatus interijt: ⁊ Quintianus sctã agatha iterfecta dei iudicio in flumine interijt: ⁊ siliter de multis alijs accidit: vt pz i legẽdis sanctoꝝ. o ¶ In laqueo ⁊c. q2 plures tyrãni laqueuz mortis parãtes xpianis poccupati sunt morte diuino iudicio ⁊ sic frustrati sunt ab intẽtione sicut iulianus apostata in bello persarum occisus est a btõ mercurio iaz ante defuncto ad pces sancti basilij ⁊ populi sui. eo q2 ciuitatẽ ⁊ populum disposuerat destruere in suo reditu de illo bello. et sic cõprehensus est pes eius in laqueũ mortis quẽ alijs pparauerat. Et ex hoc ex pdictis effectibus concludit. p ¶ Cognoscetur ⁊c. quia per effectus iusticie apparet potestas iudiciaria christi quantum ad iudicium discretionis. q ¶ Conuertantur. Hic consequenter dauid loquitur de iudicio discussionis quod erit in fine mundi ⁊ primo describit hmõi iudiciũ. scdo tempus antixpi preuiuum: ibi. Vt quid domine. Circa primũ dicit. q ¶ Cõuertant̃ pctõres in infernũ: quod erit quãdo per sñiam iudicis xpi deijcient̃ in inferni profundũ: ⁊ cuiusmodi sint isti peccatores subdit dicens. r ¶ Omnes gẽtes ⁊c. s. in fine vite moriẽtes sine remedio penitẽtie. Et q2 sicut mali punient̃ ita boni premiabunt̃. ideo subdit̃. s ¶ Qm̃ non in finẽ hoc est in finali iudicio. t ¶ Obliuio erit paupis vr̃ enim pauperũ obliuisci in pñti nõ liberãs eos de malis pñtis vite cũ tñ possit. sz tũc recordabit̃ qñ eoꝝ patiẽtia remunerabit̃. ideo subdit̃. v ¶ Patiẽtia ⁊c. q2 sicut p sñiaz finalis iudicij iniusti ibũt in suppliciũ eternũ: ita iusti in vitã eternã: vt habetur Mat. xxv. Et q2 hoc est desiderabile iustis. ideo petit dauid. x ¶ Exurgẽ ⁊c. per potestatẽ iudiciariam sup alios homines: quia talis potestas auferetur in finali iudicio. ideo subditur. y ¶ Iudicentur gentes ⁊c. gñaliter sine exceptione. z ¶ In conspectu tuo. sed q2 potestas iudiciaria data est ipsi xpo vt supra dictũ est. ideo subdit̃. a ¶ Constitue dñe legislatorem. s. xpm legislatorem euangelij ad iudicandum eos. sm qd dicitur Actuum. x. Ipse est qui constitutus est iudex viuorum ⁊ mortuorum. b ¶ Sciant gentes qm̃ homines sunt puri. excepto xpo qui est deus ⁊ homo qui in iudicio apparebit in forma humana in qua iudicatus fuit coraz pylato: iudicabit tñ auctoritatiue per formã deitatis. c ¶ Vt quid domine. Hic psequenter dauid describit tempus antichristi qui erit finali iudicio preuiũ vbi primo ponitur antichristi persecutio ⁊ secundo eius deiectio. ibi. Exurge domine. Circa primum sciendum q2 tanta est futura persecutio ecclesie tempore antichristi vt dicatur deus eam deseruisse si posset fieri: quam dauid preuidens in spiritu di. c ¶ Vt quid domine recessisti id est. recedes tempore antichristi. loquens de futuro per modũ preteriti rõne predicta videtur enim deus recedere quodãmodo a fidelib⁹ qñ nõ liberat eos cũ possit a tãtis psecutiõib⁹. d ¶ Despicis ⁊c. Illos enim videt̃ deus despicere tanq3 rem nullius pcij quos nõ liberat tpe oportuno qd est tps tribulatiõis. e ¶ Dũ superbit impius. i. antixps. ⁊ loquit̃ de futuro p modũ presentis ppter certitudinẽ pphetie. f ¶ Incẽdit̃ pauper. i. populus xpianus sibi obediens cruciat̃ omni genere cruciatus quod p incẽdium designat̃ in scriptura ⁊ aliquos ad irã incendet. g ¶ Comprehenduntur. i. comprehendẽtur. vñ in transla. Hiero. iuxta heb. hr̃. Capientur. s. antixps ⁊ satellites eius qui sm dicta doctoꝝ antiquoꝝ in mõte oliueti sublimabitur ⁊ magna pars adherentiũ sibi. de quo dicit apostolus. ij. ad Thessa. ij. Tunc reuelabitur ille iniquus: quẽ dñs noster iesus interficiet spiritu oris sui. h ¶ In cõsilijs quibus cogitant: q2 sicut cogitabũt cruciare xpianos sic a deo cruciabunt̃. i ¶ Qñ laudat̃ pctõr. i. antixps sibi adulantibus: q̃ dicit̃ hõ pctĩ ⁊ iniquus. ij. ad Thes. ij. k ¶ Et exacerbauit ⁊c. ex nimia adulatione adherentiũ sibi. eleuabit̃ in tantã supiam q2 blasphemabit dñm puocans iram dei. l ¶ Scdm multitudinẽ ire sue. i. ire dei q̃ se prouocate. m ¶ Non queret scz pniam: sed moriet̃ in obstinatione: ideo subditur. n ¶ Non est deus ⁊c. i. nullius reputatiõis coram se: quia de ipso eijcitur. ij. ad Thes. ij. Quid aduersatur ⁊ extollit̃ supra oẽ quod dr̃ deus aut quod colitur. ita vt in tẽplo dei sedeat ostẽdens se tanq3 ipẽ sit deus. o ¶ Inquinate ⁊c. q2 semper occupabit̃ in pctõ[illegible] pollutione. p ¶ Auferũtur iudicia ⁊c. q2 in nullo t[illegible] diuina iudicia ipsa se vẽtura p[illegible] ob-

Triplex ẽ mors. s. i. euitabil' formidabilis ⁊ desiderabilis.

Iudiciuz extremũ.

Infern⁹ ẽ in centro terre terre circumquaq3 cõclusus.

Xps iudicabit inq̃tũ hõ potestate cõcessa.

De antichristo.

De Ira i pceptorio suo scripsit d antichristo.

Universidad de Deusto Biblioteca

stinatione nimia. q ℭOim inimicoꝝ ꝛc. potētia seductiōe pplos sibi subijciēs. r ℭDixit em̄ ꝛc. q: ex nimia elatiōe reputabit dn̄iū suū stabile. s ℭSine malo: id est ex presumpta securitate dicet ero sine malo cuiuscūq pene. t ℭCuius maledictiōe os plenū est: blasphemādo xp̄m. v ℭEt amaritudie. precipies inobediētes sibi amaritudie vite preduci. x ℭEt dolo. q: v̄bis dolosis mltos decipiet. y ℭSub lingua ei⁹ labor ꝛ dolor: q: p̄cipiet iferre laborē ꝛ dolorē sanctis. z ℭSedet in isidijs meditādo imponere insidias sctis. a ℭCū diuitib⁹ hui⁹ seculi:

facie ei⁹. oīm[q] inimicoꝝ suoꝝ dn̄abit. Dixit[r] em̄ in corde suo: nō mouebor a gn̄atiōe in gn̄ationem sine [s] malo. Cui⁹[t] maledictiōe os plenū ē ꝛ [u] amaritudie et dolo [x] sub [y] lingua ei⁹ labor ꝛ dolor. Sedet[z] in insidijs cū diuitib⁹[a] in occultis. vt interficiat[b] innocentē. oculi[c] ei⁹ in pauperē respiciūt[d] insidiatur in abscōdito quasi leo in spelūca sua. Insidiat vt rapiat pauperē. rapere[e] dū attrahit eū i laqueo[f] suo humiliabit eū: inclinabit[g] se ꝛ cadet[h] cū[i] dn̄at⁹ fuerit pauperū. Dixit em̄[k] i corde suo oblit⁹ ē de⁹. auertit [l] faciē suā ne videar i finē. Exurge[m] dn̄e de⁹ ꝛ exaltet[n] man⁹ sua ne[o] obliuiscaris pauperꝝ. Propt[p] qd irritauit impi⁹ deū: dixit em̄[q] in corde suo nō requiret. Uides[r] qm̄[r] tu laborē ꝛ dolorē ꝯsideras[s] vt tradas[t] eos i man⁹[u] tuas tibi derelict⁹ ē[x] pauper: orphano[y] tu[z] eris adiutor. Cōtere[a] brachiū pctōris [b] et maligni q̄ret[c] pctm̄ illi⁹ ꝛ nō[d] inueniet. Dn̄s regnabit[e] ieternū ꝛ i seculū seculi. pibitis gētes de terra illi⁹. Desideriū pauperꝝ exaudiuit dn̄s p̄pationē cordis eoꝝ exaudiuit auris tua. Judicate[f] pupillo ꝛ huili: vt[g] nō apponat vltra magnificare se hō sup terrā.

ℭUictori dd ps.x.

In domino[a] ꝯfido quō[b] dicitis aīe mee transmigra in mōtē sicut passer[c]. Quoniam ecce[d] peccatores intenderunt archum parauerūt sagittas suas in pha

in hoc sibi adherētib⁹. b ℭUt interficiat innocētē: id est populū fidelē sibi nō obedientē. c ℭOculi ei⁹ in pauperē. i. in pplm xp̄ianū tūc depauperādū ꝯsiderās qualiter possit destruere ip̄ꝫ. iō subdit. d ℭInsidiatur ꝛc. ꝛ pꝫ litera ex dictis. e ℭRapere dū attrahit eū: q: quos tormētis flectere nō poterit v̄bis dolosis ad se trahere studebit q: aliquos dolositate decipiet iō subditur. f ℭIn laqueo ꝛc. sꝫ q: ꝓpter hec finaliter deijciet. iō subdit. g ℭInclinabit se. non volūtarie sꝫ diuia v̄tute. h ℭEt cadet. s. a dn̄o suo. i ℭCū dn̄at⁹ fuerit pauperꝝ. s. xp̄ianoꝝ suo tpe subiectoꝝ. ꝛ cā hui⁹ deiectionis subdit cū dr. k ℭDixit em̄ ꝛc. nō habēs noticiā factoꝝ meoꝝ. l ℭAuertit faciē ꝛc. ex quo videt ꝙ antixp̄s futur⁹ fautor hui⁹ erroris sit ꝙ diuia ꝓuidētia nō se extēdebat ad ista inferiora. m ℭExurge dn̄e.

Antixp̄i deiectio.

Hic ꝯn̄r describit ipsi⁹ antixp̄i finalis deiectio q̄ fiet v̄tute diuia ad p̄ces sctōꝝ qd ꝓuidens dd de hoc silr orās di. m ℭExurge dn̄e de⁹ videbit em̄ quasi dormire antixp̄i tempore eo ꝙ tāta mala ꝑmittat eū ꝛ ꝑ ꝯn̄s videbit surgere quando incipiet eū deijcere n ℭEt exaltetur man⁹. i. potestas tua ad eū deijciēdū ꝛ ꝑcutiēdū. o ℭNe obliuiscaris pauperū dimittēdo eos in antixp̄i ꝑsecutione ꝛ suoꝝ. p ℭPropter qd ꝛc. i. ātixp̄s suis blasphemijs cōtra eū. q ℭDixit em̄ ꝛc. facta mea ad puniēdū tāꝗ nesciēs ea vt p̄dictū est vel impotēs ad me restringēdum et tn̄ nō est ita. ꝛ iō subdit. r ℭUides de⁹ cui⁹ oculis oīa sūt nuda ꝛ apta. r ℭQm̄ tu ꝛc. q̄s infliget sāctis suis antixp̄s. s ℭCōsideras. diligēter ad puniēdū. t ℭUt tradas eoꝝ. s. antixp̄ꝫ ꝛ satellites suos. v ℭIn man⁹ tuas. s. iusticie tue. x ℭTibi derelict⁹ est paup. i. popul⁹ xp̄ian⁹. y ℭOrphano. i. pplo xp̄iano q̄ antixp̄i tpe videbit q̄si sine patre ꝓtegēte ꝛ matre ꝯpatiente.

Similitudo de antixp̄i eiectiōe.

z ℭTu eris adiutor accipiēs eos in man⁹ tue mie. a ℭCōtere brachiū. i. ptātē. b ℭPctōris et maligni. i. antixp̄i q̄ dr hō pctī ꝛ fili⁹ ꝑditiōis. ij. Thes. ij. c ℭQueret pctm̄ illi⁹. i. diligēter discutiet neq̄tia ipsi⁹ an sit ampli⁹ vtilis ad purgatiōeꝫ electoꝝ. d ℭEt nō inueniet. Ab hoc vltra vtilis: eo ꝙ sufficiēter erūt purgati: ꝛ sic antixp̄s cū suis deijciet in ignē inferni: sicut pr̄ ꝓijcit virgā i ignē post debitā filij castigationē ꝛ q: tū apparebit manifesta ptās ꝛ dn̄iū xp̄i iō subdit. e ℭDn̄s regnabit q: ieternū ptās ei⁹ ptās est eterna q̄ nō auferet: regnū ei⁹ qd nō corrūpetur vt dr Dan. ij. Peribitis gētes. i. tu antixp̄e ꝛ tui ꝯplices: ꝛ q: hoc erit ad petitionē sctōꝝ. iō subdit Desideriū pauperꝝ exaudiuit dn̄s ꝛc. finaliter ꝯcludit dd. f ℭJudicate pupillo ꝛ hūili. i. pro populo catholico ꝛ fideli qd erit in extremo iudicio. g ℭUt nō apponat ꝛc. i. ātixp̄s q̄ erit hō pur⁹ lꝫ ꝑ maliciā a demōe obsessus ꝓpt qd ostēdet se tāꝗ sit de⁹ vt dr. ij. Thes. ij. ps. x.

Psalm⁹ expōitur dupl'r.

In dn̄o ꝯfido ꝛc. Huic ps. p̄ponit talis tit. in heb. Ad victoriā dd. In trāsla. v̄o hie. iusta hebreū dr Uictori dd. est eadē sn̄ia. Exponit aūt dupl'r. vno mō ꝙ dd fecit hūc psal. ad laudē dei victoris: vel q̄ dedit dd victoriā de īimicis. Alio mō ꝙ dd. fecit hūc psal. decātandū a leuitis cū cognatu q̄ vn⁹ chor⁹ nitebat aliū supare: vt dictū est supra ps. iiij.

Alio quorum opinio quare dd hūc psalmūꝫ fecit.

De materia aut hui⁹ psal. dicit ra. sa. ꝙ dd fecit hūc psal. qn̄ fugiēs ꝑsecutionē saulis di. illud qd hr. j. re. xxvj. Maledicti sūt in cōspectu dn̄i q̄ eiecerūt me hodie vt nō ihabitē i hereditate dn̄i dicētes vade sui dijs alienis. Et postea subdit q̄n fugit ad regē geth. sꝫ lr̄a psal. nō vr̄ cōcordare cū dr. In dn̄o ꝯfido quō dicitis aīe mee: trāsmigra i mōteꝫ sicut passer fugiēs saulis ꝑsecutionē. Ista lr̄a magis vr̄ sonare ꝙ remāserit i terra ex diuia ꝯfidētia. Et eodē mō iprobatur opinio q̄ dicit ꝙ dd fecerit hūc psalmū eo ꝙ dd ad instātiā viroꝝ suoꝝ fugit ad loca mōtuosa q̄ erāt tutiora: vt hr. j. reg. i plurib⁹ locis: nō tn̄ ꝯfidebat i mōtib⁹ illis: sꝫ i dn̄o.

De lyra d quo psal. iste est exponēd⁹.

Lr̄a em̄ hui⁹ psal. magis vr̄ sonare ꝙ detestat⁹ fuerit fugā. ꝛ iō vr̄ mihi saluo meliori iudicio ꝙ iste psal. sit exponēd⁹ de reuersiōe dd i terrā iuda ex diuia ꝯfidētia: vt hr̄. j. reg. vbi dr ꝙ dd fugit ad regē moab cui gad ꝓpħa dixit ex pte dn̄i. Noli manere i p̄sidio: sꝫ ꝓficiscere ꝛ vade i terrā iuda qd fecit ꝯfidēs de ꝓtectiōe diuia. Igit ꝑm h̄ psal. iste diuidit i duas ptes q: primo ponit ꝯfidētia dd in ꝑsecutiōe. scdo assistētia dei in eius ꝓtectiōe ibi. dn̄s in tēplo. Circa primū dr sic. a ℭIn dn̄o ꝯfido. i. i ei⁹ ꝓtectiōe assecurat⁹ ex v̄bis gad ꝓphe. b ℭQuō ꝛc. i. fuge extra terrā isrl'

facie saulis. c ℭSicut passer euolās a facie sagittātis ꝛ dirigit dauid v̄bū illd ad viros q̄ cū eo erāt q̄ dictā fugā sibi ꝯsulerāt eo ꝙ mlti eoꝝ eēnt amaro aīo ꝛ oppressi ere alieno vt hr. j. re. xxij. d ℭQm̄ ecce pctōres intēderūt hoc allegabāt viri dd di. fuge sicut passer terrā isrl': q: saul ꝛ cōplices ei⁹ oībus modis querūt te interficere. e ℭUt sagittēt i obscuro. i. insidiose. f ℭRectos corde. i. dauid ꝛ fratres ei⁹. g ℭQm̄ hic dirigit dauid sermonē ad deū di. g ℭQm̄ quē ꝑfecisti. i. alchimelech sacerdotē quē in statu ꝑfecto fecisti.

ad dauid dirigit sermonem.

retra: vt[e] sagittēt i obscuro rectos[f] corde. Qm̄[g] quē ꝑfecisti destruxerūt[h]: iust⁹[i] aūt qd fecit. Dn̄s[k] i tēplo sctō suo: dn̄s in celo sedes ei⁹. Oculi[l] eius i pauperē respiciūt: palpebre[m] ei⁹ interrogāt filios hoiꝫ. Dn̄s[n] interrogat iustū ꝛ[o] ipiū q aūt[p] diligit iniqtatē odit aiam suā. Pluet[q] sup pctōres laq̄os ignis[r]: sulphur et sp̄us ꝓcellarū pars calicis eoꝝ. Qm̄[s] iustus dn̄s ꝛ iusticias dilexit: equitatem[t] vidit vultus eius.

ℭAd victoriā sup octauā canti. Dauid. ps. xj.

Saluū[a] me fac dn̄e qm̄[b] defecit sctūs qm̄ diminute sūt v̄itates a[c] filijs hoim. Uana[d] locuti vnusq̄sq ad ꝓximum suū: labia[e] dolosa i corde[f] ꝛ corde locuti sūt. Disperdat[g] dn̄s vniuersa labia dolosa: ꝛ[h] liguā magniloquā. Qui[i] dixerūt: linguā[k] nr̄aꝫ magnificabim⁹: labia[l] nr̄a a nobis sūt q̄s[m] nr̄ de⁹ est. Propter miseriā[n] iopū ꝛ gemitū pauperꝝ nūc[o] exurgā dicit dn̄s. Ponā[p] i salutari fiducialr[q] agā i eo. Eloq̄a[r] dn̄i eloq̄a[s] casta argētū[t] igne examinatū ꝓbatū terre purgatū septuplū. Tu[u] dn̄e ꝯuabis nos ꝛ[x] custodies nos a gn̄atiōe hac i[a] eternū. In[b] circuitu ipij ambulāt ꝑm altitudinē[c] tuā multiplicasti[d] filios hoim.

h ℭDestruxerūt. s. saul ꝛ doech ꝛ alij cōplices ei⁹ cū alijs sacerdotib⁹: vt hr. j. reg. xxij. in odiū dauid. iō di. i ℭJustus aūt q̄d fecit. q. d. alchimelech iustus nihil fecerat dignū morte vel. i ℭJustus. i. dauid q̄ nihil fecerat ꝓpter qd tāta strages ꝓpter eū deberet fieri. k ℭDn̄s. Hic ꝯn̄r describit diuia assistētia in dauid ꝓtectiōe cū dr. k ℭDn̄s in tēplo ꝛc. vbi a sctis angelis videbit clare ꝛ sic est ibi mō sp̄ali nō em̄ pōt intelligi hoc de tēplo materiali qd nōdū erat factū a salomone.

De q̄ templo itelligebat dauid.

l ℭOculi ei⁹ in pauperē respiciūt i. in dauid in pplm ei⁹ depaupatum: q: cū eo erāt multi debitis multis obligati: vt dictū est supra respiciebāt aūt oculi dei ipꝫ dauid ip̄m ꝓtegēdo. m ℭPalpebre ei⁹ ꝛc. i. scrutantur actus ꝛ cogitatiōes eoꝝ. n ℭDn̄s interrogat iustū. ad remunerādū. o ℭEt impiū. ad puniēdū tpib⁹ tn̄ debit. p ℭQui aūt ꝛc. q: ꝑ hoc ducetur ad gehennā. In trāsla. hiero. iuxta hebraicum habet sic. Dn̄s iustum ꝓbat. i. approbat impiū aūt ꝛ diligentem iniquitatē ꝛ odit aīa ei⁹ scꝫ dei p̄parans ei penam ꝑ suis iniq̄tatibus: ideo subditur. q ℭPluet sup pctōres laqueos ignis: q: frequēter subito iprouise moriūt quasi capti laqueo. r ℭIgnis et sulphur ꝛc. q: in gehenna est tāta pena ꝙ verbis non pōt bn̄ exprimi. s ℭQm̄ iust⁹ ꝛc. sicut oē aīal diligit simile sibi. t ℭEquitatē ꝛc. ad remunerādum sicut videt iniq̄tatē ad puniendū: vt dictum est.

Metaphorica locutio.

ℭPsalmus. xj.

Saluum me fac. Huic ps. preponit ti. talis in hebre. Ad victoriā sup octauā cāticū dauid. Et hic accipit octauo ꝑ instrumēto octo cordarū in quo cātabat canticū sicut dictū fuit supra ps. vj. Istum aūt psal. dauid fecit qn̄ fugiēs de ceila saluatus fuit cū viris suis de ꝓditiōe habitatoꝝ ceile q̄ tractauerūt de ꝓditiōe ei⁹ i manu saulis: vt haberēt fauorē ei⁹: reddētes ipi dd ꝛ viris eius malū ꝑ bono: q: saluauerat eos de philisteis: vt hr. j. reg. xxiij. dicit igit.

Quando dauid fecit istum psalmū.

a ℭSaluū me fac dn̄e ꝛc. de ciuitate ceile. b ℭQm̄ ꝛc. operꝝ ꝛ verboꝝ. c ℭA filijs hoim. i. ab habitatorib⁹ ceile: q̄ dicunt hic filij hoim ꝛ nō dei. ꝛ ideo dr. d ℭUana locuti sunt ꝛc. mutuo se exhortātes ꝛ occulte ad ꝓdendū dauid in fauorē regis saulis. e ℭLabia dolosa. supple hn̄t viri ceile. f ℭIn corde ꝛc. q: in v̄bis suis p̄tendebāt ipi dauid felicitatē ꝛ inter se cōtrarium tractabāt. g ℭDisperdat dn̄s vniuersa labia dolosa. i. labia ceiletarū. h ℭEt linguā magniloquā ꝛc. q: erāt ꝓtendētes v̄bis ipsi dauid ꝙ fecerāt magna ꝑ eo vel. h ℭLinguā magniloquā. q: ciues ceile dicebāt se facere magnū ꝑ rege saule: vt sic haberent eius gratiā si traderent ei dauid. iō subditur. i ℭQui dixerūt. i. inter se tractauerūt. k ℭLinguā nostrā magnificabimus. q: ꝓdēdo dauid magna ꝑ saule faciem⁹: ꝛ sic habebimus oportunitatē magnā petēdi ab eo.

Deliberatio ciuiuꝫ ceile: vt placꝫ saule.

l ℭLabia ꝛc. i. verba q̄ tractamus ꝯ dauid ꝓcedūt a nobis ꝛ non ex alioꝝ suggestione: ꝛ sic erūt magis placita corā rege: ꝛ q̄ essent illa verba subdit. m ℭQuis noster dn̄s est. sic em̄ dicebāt. Quis dubitat quin saul sit dn̄s noster ꝛ nō dauid: ꝛ iō debemus ei fauere: sed ratio nō valet q: ratio erat ꝯ deū ꝛ iusticiā. n ℭPropter miseriā. Hic ꝯn̄r ponit ipsius dei ꝓtectio circa dauid. cum dr in ꝑsona eius. n ℭPropter ꝛc. scꝫ dauid et virorum eius qui multas miserias sustinebant tanꝗ fugitiui ꝛ depauperati. o ℭNunc exurgaꝫ. ad eos protegēdum a dicta ꝓditione. p ℭPonā in salutari. i. in ephot vbi dn̄s dedit responsum salutis ipi dauid petenti. j. Reg. xxiij. Si tradent mei viri ceile ꝛ eos qui mecum sunt in manu saulis: et dixit dn̄s tradent. Et subdit. Nunciatū est sauli ꝙ fugeret dauid de ceila: ꝛ saluatus esset. q ℭFiducialiter ꝛc. i. in dauid ad hoc em̄ saluabit deus dauid vt ppls per eū ꝓtegeret ꝛ fiducialiter ageret. r ℭEloquia dn̄i. que locut⁹ est ad abiathar reuelādo ꝓditionem habitatoꝝ ceile. s ℭEloquia casta. sine macula falsitatis. t ℭArgētum igne ꝛc. hoc additur ad exprimendum certitudinē veritatis in verbis diuinis: ideo subdit dauid.

Causa.

v ℭTu domine ꝛc. scꝫ protegendo contra predictā proditionem. x ℭEt custodies nos ꝛc. i. ab habitoribus ceile et a saule. a ℭIneternum: q: non permittes cadere in manibus eorum. b ℭIn circuitu ꝛc. i. habitatores ceile: ꝛ ipse saul qui querebat dauid et viros eius deceptionibus inuoluere. c ℭScdm̄ altitudinē tuam. id est ꝑm altitudinem cōsilij tui quod est incōprehensibile. d ℭMultiplicasti ꝛc. id est saul doech. ꝛ alios eorum cōplices ꝛ ceile habitatores in mea persecutiōe ad exercitū patiētie mee ꝛ meritū vite future. Posset autem iste psalmus exponi moraliter de quolibet viro iusto in persecutionibus possit: contra quem parantur machinationes fieri. Quos tamen totum conuertit ad meritum sue patientie; et ipse est sperans ab

Man⁹ ꝓtectio manus ptās manus pars manus vidi-

cra:man⁹ opus.

oib⁹ liberari auxilio diuine gratie:sed pertranseo:q: de facili pōt litera ad hāc sniam applicari. ps.xij.

Exposi- tio psal. De q̄ ma- teria ē fa ctus.

[V]squequo dñe. huic ps. ꝑponit talis titu. in heb. ad victoriā dauid. vl' sm Hie. victori dauid quod in idē redit. Et exponit dupl'r. Uno modo vt sit sensus per supplectionē. Iste psal. fact⁹ a dauid decātād⁹ ad victoriā. i. cū quo dā conatu leuitarū: vt frequēter supra ē expositū. Alio mō vt sit sensus. Iste ps. fact⁹ est a dauid ad laudē dei victoris sup oīa vel qui pstat victoriā de materia aūt hui⁹ ps. dicit ra. sa. q̄ fact⁹ est de quatuor regnis per q̄ affligēdi erāt filij israel. Primū est regnū babyloniorū quod destruxit ciuitatem hierl'm ⁊ templū captiuauit populū sub nabuchodonosor rege: vt habet. iiij. Reg. vlt. Scdm est regnū psarū sub q̄ fuit ꝓhibita reedificatio templi vt hr Esd. iiij. c. Tertiū est regnū grecorū p qd fuit positū idolū abhominatiōis i tēplo ⁊ populus occis⁹ ⁊ ꝯpuls⁹ ad idolatriā sub antiocho rege: vt hr. i. Macha. i. c. ij. ⁊ iij. Quartū est regnū romanorū p qd fuit iterū tēplū destructū ⁊ ciuitas ⁊ ppl's captiuat⁹ sub tito ⁊ vespasiano ipatorib⁹: ⁊ a pria afflictiōe fuerūt liberati filij isr'l p kyrū q̄ remisit captiuitatē dās licētiā reedificādi tēplū: sm q̄ hr. i.

Opinio sua defi- cit i duo bus.

non quia vterent tympanis materialibus:sꝫ q: cū apostolis insistebāt diuinis laudib⁹. ꝛ hoc modo beatus Aug. virginē mariā noiat tympanistriā in sermone de natiuitate ipsius di. Audite igit queādmodū tympanistria nostra cātauerit ait eñi. Magnificat aīa mea dn̄m ꝛc. m ¶ In ecclesiis bn̄dicite ꝛc. hoc dicit quia apostoli ꝛ primi discipuli xp̄i fuerūt de pplo israel. vt pꝫ ex decursu euangelij ꝛ ab istis tanq̄ a fontib⁹ originata est deuotio laudis in ecclesiis. n ¶¶ Ibi beniamin.i.paulus q̄ fuit de tribu beniamin. s̄m ꝙ dicit Roma.xi. qui cōuersus ad fidē iūxit se cū aliis fidelib⁹:vt h̄r Act.ix. o ¶ Adolescētulus.q: s̄m veritatē adhuc erat adolescēs qn̄ fuit cōuersus. vn̄ d̄r Act.vij. ꝛ testes deposuerunt vestimēta sua sec⁹ pedes adolescētis q̄ vocabat saul⁹: ꝛ satis cito post fuit ꝯuersus vel d̄r adolescētulus:q: iter alios aplōs fuit vltimo ad fidē vocat⁹. p ¶ In mētis excessu:q: fuit raptus vsq; ad tertiū celū:vt h̄r.ij. Cor.xij. q ¶ Principes iuda duces eorū. dn̄s eniꝫ noster iesus xp̄s fuit de tribu iuda s̄m carnē:vt h̄r Ro.j. ꝛ per ꝯn̄s iacobus iohannes simon ꝛ iudas ꝛ iacob⁹ minor ei⁹ cognati germani fuerūt de eadem tribu vt videtur ꝛ isti fuerunt cum aliis apostolis duces christianorum. In translatione Hieronymi habetur. Principes iuda in purpura sua q: ꝓpter christum sustinuerūt martyrium suo sanguine purpurati. ꝛ licet iohānes nō trāsierit p gladiū. tn̄ parat⁹ fuit sustinere martyriū qn̄ fuit missus in feruētis olei doliū. ꝓpter qd̄ dicit Aug. libro de bono cōiugali. Non est impar meritū martyrij in iohanne qui passus nō est:ꝛ in petro q̄ passus est. r ¶ Princeps zabulon ꝛ principes neptalim. iste due tribus acceperūt fortes suas p magna pte in galilea. vt h̄r in Josue. de qua fuerūt plures discipuli xp̄i. vnde vocabant galilei. Act.j.et.ij. ꝛ ideo de tribu zabulon ꝛ neptalim fuerūt ibi aliqui. s ¶ Manda deus virtuti tue verbum est psalmiste loquētis in psona primitiue ecclesie:ꝛ est sensus. s ¶ Manda deus ꝟtuti tue.i. potestati angelice q̄ tua mādata exeq̄tur.s. vt ꝓtegat nos ꝛ defendat. qd̄ tūc fuit factū:q: sicut dictū est ecclesia fideliū de monitu angeli trāsiuit ad agrippe regnū tanq̄ ad locū securū. Itē tunc petr⁹ fuit eductus de carcere p angelū Act.xij. t ¶ Cōfirma hoc deus qd̄ opatus es in nobis. nos docendo. ꝛ resurrectionem tuā manifestādo. spm̄sanctum nobis mittendo. a ¶ A tēplo tuo.q: in illo templo xp̄s frequēter docuit in monte etiā syon s̄.quo erat tēplū super aplōs aliosq; discipulos spm̄sanctū misit s̄m ꝙ dicit Hiero. in epistola ad paulinū de oībus sacre scripture libris. b ¶ Tibi offerēt reges munera. p hoc eñi ꝙ xp̄s aplōs aliosq; discipulos sic ꝯfirmauit ꝙ cōstanter fideꝫ p̄dicauerūt p orbē. multi reges cōuersi dederūt multa ꝛ magna numera ad edificationē ecclesiarū ꝛ sustentationē paupeꝝ xp̄ianoꝝ amore xp̄i:sicut pꝫ ex gestis aplōꝝ et alioꝝ xp̄i discipuloꝝ. c ¶ Increpa feras. Hic ꝯn̄r inuehit psal.ꝯ gentiles tyrannos inter quos maiores fuerūt impatores romani ꝛ eoꝝ p̄fecti q̄ conati sunt fidē catholicā destruere:vt pꝫ de nerone ꝛ domiciano decio diocletiano ꝛ valeriano ac multis aliis ꝛ q̄ꝫtum ad hoc dicit. c ¶ Increpa feras. et vocat principes romanos feras.q: dabāt feris martyres deuorādos ꝓut patet in multis martyruꝫ gestis. d ¶ Arūdinis. arūdo eñi vento mouet. ꝛ ita p̄ncipes romanoꝝ vēto vane glorie mouebant. vel q: ad quēlibet errorē idolatrie de facili cōuertebant. s̄m ꝙ dicit leo papa in s̄mone sanctoꝝ Petri ꝛ Pauli de roma ꝙ magnā credebat se fecisse religionē cū nullius gētis respuisset falsitatē. ꝛ bn̄ dicit. c ¶ Increpa feras arūdinis.q: psalmista p̄uidit cōstantinū imparatorem post multā stragē xp̄ianoꝝ deo lepra pcutiendū et a principibus aplōꝝ Petro ꝛ paulo increpandū. ꝛ sic ad fidē cōuertendū. vt h̄r in gestis beati siluestri. e ¶ Congregatio taurorum in vaccis populorum.i.principes romani qui vocati sunt fere ꝓpter crudelitatē. e ¶ Congregatio taurorum in vaccis populoꝝ cōparantur eñi tauris domesticis. qd̄ notatur p hoc qd̄ dicitur. In vaccis populorum quia tauri indomiti nō sunt sic congregati cum vaccis hoīm. erratio huius cōparationis quia nō solum conabantur subuertere xp̄ianos p tormenta tanq̄ fere. sed etiam per blandimenta tanq̄ tauri domestici ꝓmittēdo eis honores diuitias ꝛ similia dum tn̄ vellent recedere a fide xp̄iana. vt patet in multis martyꝝ gestis. ideo subditur f ¶ Et excludāt.s. a veritate fidei. g ¶ Eos qui ꝓbati sunt argento. id est magis ꝓbati in fidem q̄ argentū in fornace. h ¶ Dissipa gentes ꝛc. iste gētes sunt romani qui per bella totum orbem sibi subiugauerunt. i ¶ Venient legati ex egypto. Hic cōsequēter potest exponi de philone qui cum sociis suis de alexandria egypti fuit missus legatus ad imperatorem claudiū:ꝛ tunc contraxit familiaritatē cum petro apostolo rome existenti. ꝛ reuertens alexandriā ecclesiam sancti marci cōgregatam honorauit ꝛ in libris suis magnifice cōmendauit prout scribitur in lib. illustrium virorum. k ¶ Ethiopia p̄ueniet. ethiopia eñi est iuxta egyptum ꝛ citius ꝛ vniuersalius fuit conuersa ad xp̄m q̄ egyptus videlicet per beatum matheum apostolum qui veniens ad illam ꝓuinciam baptizauit regem ꝛ eius filium. quem a morte suscitauerat:ꝛ filiam eius ephigeniam virginē xp̄o cōsecrauit:et eam ducentis virginibus:p̄fecit et populum regni pro maiori parte baptizauit:vt habetur in predicto lib. illustrium virorum. et hoc est quod dicitur. k ¶ Ethiopia p̄ueniet:scꝫ egyptum. l ¶ Manus eius deo.i. dare deo manus per confederationem ad xp̄m. Confederatio enim in pluribus locis sacre scripture dicitur dexterarum datio:q: homines federus inientes in multis ptibus dant inuicē dexteras manus. m ¶ Regna terre. hic vltimo psalmista inuitat homines ad psallendū deo ascendenti dicēs. m ¶ Regna terre.i. habitantibus in omnib⁹ regnis terre. n ¶ Cantate dn̄o. ipsum deuote laudando. o ¶ Psallite deo qui ascendit super celum celi.i. ad extremitatem celi empyrei qd̄ est excelsius inter celos. p ¶ Ad orientē. hoc dicit:q: xp̄s ascendēs in celū ascendit de monte oliueti:vt habetur Act.j. qui mons est in orientali parte iuxta hierusalē in qua completum

timpanistriarum. In[m] ecclesijs benedicite deo dn̄o de fōtib⁹ israel. Ibi beniamin[n] adolescētulus[o] i mētis[p] excessu. Principes[q] Juda duces eoꝝ p̄ncipes[r] zabulon p̄ncipes neptaliꝫ. Mādā[s] deus virtuti tue cōfirma[t] hoc deus qd̄ operatus es in nobis. A templo[a] tuo in hierusalē tibi offerēt[b] reges munera. Increpa[c] feras arūdis[d] ꝯgregatio[e] tauroꝝ i vaccis populoꝝ:vt excludāt[f] eos[g] q ꝓbati sunt argēto. Dissipa[h] gētesq̄ bella volūt veniēt[i] legati ex egipto:ethyopia[k] p̄ueniet man⁹[l] ei⁹ deo. Regna[m] terre cātate[n] dn̄o psallite dn̄o. Psallite[o] deo q ascēdit sup celū celi:ad[p]

De q̄ gēte fuerūt apostoli dei.

De paulo.

De q̄ gēte fuit xp̄s.

De petro Dn̄o xp̄s in nobis opat⁹ est.

Expositio d̄ philone.

De situ ethiopie.

De q̄loco xp̄s ascēdit ad celum.

Universidad de Deusto Biblioteca

fuit misteriū redemptionis humane. q ¶ Ecce dabit ⁊c.hoc cōiter exponitur de voce qua xp̄s suscitabit mortuos a sepulchris in finali iudicio:sed vt cōtinuet lr̄a p̄cedētibus pōt exponi de voce p̄dicatiōis aplor̄ aliorūq; discipulor̄ xp̄i:q̄bus xp̄s ascēdens p̄cepit predicare p orbē euāgeliū:s̄m qd habet Marc.vlti.Euntes in mundū vniuersum p̄dicate euāgeliū oī creature:⁊ huic voci q̄ d̄r vox xp̄i eo q̄ fuit de ei⁹ mādato.Dedit vocē v̄tutis ɔfirmādo p̄dicationē eor̄ miraculis.vñ ibidē subdit.Illi aūt p̄fecti p̄dicauerūt vbiq; dño cooperante ⁊ sermonē ɔfirmāte sequētibus signis. r ¶ Date gl'iam deo sup israel.i.propter bona q̄ fecit isrl'.per q̄ notat ppl's xp̄ianus cui facta sunt bñficia p̄dicta.vñ d̄t apl's Roma.ij.Nō eñi q̄ in manifesto iude⁹ est:neq; qui i manifesto i carne est circūcisus sed q̄ in abscōdito iude⁹ ē ⁊ circūcisio cordis i sp̄ū nō lr̄a. s ¶ Magnificētia ei⁹ et virt⁹ eius in nubib⁹:qd exponit ab aliq̄bus in nubib⁹ materialib⁹ ex q̄b⁹ p̄cedūt pluuie choruscationes ⁊ tonitrua p q̄ appet hoīb⁹ ptās dei ⁊ ei⁹ magnificētia. Sed vt ɔtinuet lr̄a v̄r meli⁹ exponi de apl'is alijsq; discipul' ad p̄dicādū missis:de q̄b⁹ d̄r Esa.lx.Qui sunt hi q̄ vt nubes volāt.Ex istis eñi nubib⁹ p̄cesserūt pluuie sacre doctrine: s̄m illud Deut.xxxij. Cōcrescat vt pluuia doctrina mea ⁊ tonitrua annūciando tenorē diuinor̄ iudicior̄ ⁊ choruscatiōes miraculor̄ p̄pter qd subdit. t ¶ Mirabilis de⁹ in sc̄tis suis.q: p eos fecit mirabilia cecos illuminādo. leprosos mūdando: mortuos suscitādo.⁊ ɔsimilia. v ¶ Deus israel.i.ppl'i xp̄iani sicut supra expositū est. x ¶ Ip̄e dabit virtutem.opandi p̄dicta. y ¶ Et fortitudinē ad tolerādū ɔstanter illata sibi tormēta:sicut pt3 i martyribus. z ¶ Plebi sue.s.populo xp̄iano ⁊ p̄pter bñficia p̄dicta fidelibus collata ponit in fine p gratiarū actione. a ¶ Benedictus deus in donis suis in secula seculor̄ amen. Nō ammiret aliquis si totiēs in expositiōe huius psal.vsus sum sensu metaphorico q: aliter nō pōt fieri.vnde Rab.sa.⁊ponens iudaice tantum vel plus vtitur:prophete enim cōmuniter parabolice loquuntur.

De missione aplorum ad p̄dicandū.

Expō de aplis.

De miraculis sctōrū cū virtute diuina fecerunt.

orientem.Ecce[q] dabit voci sue vocē virtutis:date gloriam[r] deo super israel magnificētia[s] ei⁹ et virtus ei⁹ in nubib⁹.Mirabilis[t] de⁹ in sanctis suis:deus[v] israel[x] ipse dabit virtutē:⁊[y] fortitudinem plebi[z] sue:benedictus deus.

¶ Victori pro lilijs dauid. p̄s.lxviij.

Saluū[a] me fac deus.quoniā intrauerūt[b] aque vsque ad animam meam. Infixus[c] sum i limo profundi et[d] nō est substantia[e] Veni[e] in altitudinem maris:⁊[f] tempestas demersit me. Laboraui[g] clamās rauce[h] facte sunt fauces mee:defecerūt[i] ocli mei du3[k] spero in deū meū multiplicati[l] sūt super capillos capitis mei qui[m] oderūt me gratis.Cōfortati[n] sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniuste:que[o] nō rapui tūc exoluebam.De[p] tu scis insipientiā meā:et[q] delicta mea a te nō sunt abscondita. Nō[r] erubescant in me qui expectāt te domine:domine virtutū.Non[s] confundātur super me:qui querūt te de⁹[t] israel. Quoniam[v] p̄pter te sustinui opprobriū:operuit[x] ɔfusio faciem meā.Extrane⁹ fact⁹[y] su3 fratribus meis. ⁊[z] peregrinus filijs matris mee.Qm̄[a] zelus dom⁹ tue comedit me:⁊[b] opprobria exprobrantium tibi ceciderunt[c] super me.Et operui[d] in ieiunio aīam mea3 et[e] factū est i opprobriū mihi.Et posuit[f] vestimētū

¶ Psalmus. lxviij.

De materia p̄i.

Saluū me fac deus.Huic p̄o premittit talis ti.in heb.Ad victoriā sup rosas dauid.In transla. vero Hiero.sic habet:victori p lilijs dauid.⁊ est eadē sentētia vtrobiq;.per hoc aūt q̄ dicitur ad victoriā vel victori significatur conatus leuitarum in cantādo.sicut frequēter dictum est. Per rosas aūt s̄m Heb.intelligunt filij israel qui fuerūt populus a deo electus.⁊ s̄m eos idē intelligunt p lilia:q: vbicūq; in veteri testamēto Hiero. transfert liliū vel lilia in pl'i: hebrei dicunt rosam vel rosas:vt dictū est supra psal.lxiiij.Filij aūt israel fuerūt in afflictiōe positi in captiuitate babylonica ⁊ in captiuitate p romanos in qua sunt adhuc. quas p̄uidit dauid: ⁊ ideo fecit hūc psal.ad literā:vt dicunt orans p liberatione eor̄:quā liberationē aliqui hebrei referunt ad captiuitatē babylonicam:aliqui ad istā in qua sunt. Aliqui expositores etiā catholici referunt hoc ad liberationē ipsius dauid et viror̄ eius de p̄secutione saulis. Et hec expositionū variatio videt quedā a v̄itate deuiatio. p̄pter qd Augu.⁊ Cassiod.dicunt q̄ hic p̄s ad literā loq̄tur de xp̄o:cuius mysteria plenius ceteris p̄phetis dauid preuidit ⁊ expressius scripsit:sicut pleni⁹ fuit dictū in principio hui⁹ libri. Et ideo p̄uidens passionem xp̄i in se ⁊ in mēbris futurā fecit hūc psal.qd pōt declarari per scripturā noui testamēti. Saluator eñi Joh.xv.de seipso dicit. Ut impleatur sermo q̄ in lege eor̄ scriptus est.Qm̄ odio habuerūt me gratis.sic qd dicit in hoc psal. Multiplicati sunt super capillos capitis mei q̄ oderūt me gratis:dicit impletū ad lr̄am in seipso. Similiter paulus apl's Ro.xi.allegat qd habetur in hoc psal.Fiat mensa eor̄ ipsis in laqueū ⁊c.dictū ad lr̄am de iudeis excecatis:eo q̄ p̄secuti sunt xp̄m.Itē Ro.xv.qd habetur infra.Et opprobria exprobrantiū tibi ceciderūt sup me.dicit dictū eē ad literā in p̄sona xp̄i.Item Joh.ij.scribitur q̄ cū xp̄s facto flagello de funiculis eiecisset ementes ⁊ vendentes de tēplo recordati sunt discipuli eius:q: scriptū est.zelus domus tue comedit me.Et p hoc insinuat euangelista q̄ hec scriptura q̄ habetur in hoc psal.tunc ad literā fuit impleta de xp̄o.p̄pter qd dicit Aug.de hoc psal.q: xp̄s hic loquitur oīno dubitare non p̄mittitur.Hic eñi verba illa expressa sunt q̄ in eius passione cōpleta sunt.apostoli etiā loquētes de xp̄o testimonia ex ip̄o psal.dederunt. Quis aūt deuiet a sentētijs eor̄:quis agnus nō sequatur arietes. Igitur s̄m hūc sensum p̄s iste diuidit in tres partes.q: p̄mo dauid loquēs in p̄sona xp̄i ⁊ corporis eius mystici petit a penis liberationē.secūdo predicit iudeor̄ punitionē:ibi.Fiat mēsa eor̄.tertio cōuertit se ad dei laudationē:ibi.Lauabo.Prima in duas. q: primo ponitur penarū explicatio.scdo petitur liberatio:ibi.Ego vero in orationē.Prima adhuc in duas. q: primo ponetur pene illate factis.scdo verbis:ibi.Qm̄ p̄pter te.Prima adhuc in duas.q: primo plangitur penarum illatio.scdo inferentiū multiplicatio:ibi.Multiplicati sunt.Circa p̄mum dicitur. a ¶ Saluum me fac deus.sc3 a penis illatis. b ¶ Qm̄ intrauerunt aque vsq; ad animā ⁊c.per quas intelliguntur p̄secutiones seu p̄sequentes.s̄m q̄ dicitur Esa.viij.Adducet dñs super eos aquas fortes ⁊ multas regem assyriorum.Et ideo hec litera pōt intelligi de capite xp̄o.quia p̄secutiones iudeor̄ intrauerūt vsq; ad animam eius.i.vsq; ad separationē anime a corpore ⁊ de corpore ejus mystico. q: stephanu3 ⁊ iacobū ⁊ plures alios occiderunt. c ¶ Infixus sum in limo p̄fundi.Hoc etiā intelligi pōt de xp̄o capite rōne sue sepulture:quia fuit positus intra terrā.Similiter de fidelibus suis quor̄ multi fuerūt in carceribus reclusi:vt habetur in actibus apostolor̄.viij.c.⁊ alijs pluribus locis. d ¶ Et nō est substantia.i.diuitie.quia xp̄s etiā p̄prijs vestibus spoliatus fuit positus in cruce.vel aliter. d ¶ Non est substātia.i.virtus subsistendi in corpe mortuo ⁊ sepulto.⁊ loquit de virtute naturali nō de diuina que nō fuit a corpore separata. e ¶ Ueni in altitudinem maris.i.in p̄fundum p̄secutionis que nomine aquarum designatur:vt supra dictum est. quelibet autem congregatio aquar̄ mare vocatur in hebreo. f ¶ Et tempestas demersit me.i. acerbitas passionis

Opinio aliquor̄.

Qñ xp̄s eiecit vendentes ⁊ ementes de tēplo hēbat faciē igneā ⁊ nullus potuit illi resistere.

Diuisio psal.

De morte xp̄i.

ex qua obijt in cruce. g ¶ Laboraui clamans.s.in cruce qñ voce magna clamās emisit sp̄m Math.xxvij. h ¶ Rauce facte sunt fauces mee. Raucedo eñi causat ex siccitate humor̄ in faucib⁹ ⁊ arterijs xp̄i aūt in passione multos humores emisit de corpore:vtpote in sanguineo sudore.de quo habet Luc.xij.In flagellatione: in corone spinee impositiōe:⁊ in manuū ⁊ pedū transfixiōe. i ¶ Defecerunt oculi mei:q: oculi ei⁹ corporales in morte fuerunt extincti. k ¶ Dū spero in deū meū:q: certitudinaliter expectabat gloriā sui corporis in resurrectiōe que facta est diuina virtute. l ¶ Multiplicati sunt.Hic ɔsequēter xp̄s homo plāgit aduersantiū multiplicationem dicēs. l ¶ Multiplicati sunt ⁊c. modus est loquēdi ad designandū magna3 aduersantium multitudinē. m ¶ Qui oderunt me gratis.i.sine causa ⁊ cū econtrario deberent eu3 diligere de bona q̄ fecerat eis veritatē docendo sanitates donādo.⁊ sic de alijs. p̄pter quod dixit eis Joan.x. Multa bona opa ostēdi vobis ex patre meo: p̄pter quod eor̄ opus vultis me lapidare.Isti aūt odientes christū fuerunt multiplicati:quia pharisei p̄mo cōceperūt eū in odiū.scdo scribe.tertio sacerdotes.⁊ vltimo populus a sacerdotibus deceptus propter quod petūt liberationē barrabe ⁊ xp̄i crucifixionē.Marci.xv. n ¶ Confortati sunt ⁊c.q: herodes ⁊ pylatus prestiterūt eis fauorē.herodes illusit eū ⁊ spreuit. Luce.xxiij.Et pylat⁹ in fauorem iudeorum dedit iniquam sententiam contra christū o ¶ Que non rapui ⁊c.modus est loquēdi p quē significat q̄ tūc soluit penā p pctis humani gñis q̄ nō cōtraxerat. p ¶ De⁹ tu scis insipiētiā meā.hoc nō intelligit de p̄sona xp̄i in qua nulla fuit insipiētia:sed omnimoda sapiētia.sed sicut passionē oīm membror̄ suorū.d.suā Act.ix. Saule saule q̄d me persequeris.⁊ 3ach.ij.Qui tangit vos tāgit pupillā oculi mei.⁊ hoc p̄pter cōnexionem capitis ad membra sic insipientiā membror̄ suor̄ et delicta sua esse dicit. Et q: pro istis penā portauit et satisfecit sicut hō satisfaciēs p debitis alterius facit quodāmō illud debitū eē suū:sicut etia3 communiter dicitur onus muli ⁊ cameli; q: illud onus d̄r esse suū solū ad portādū nō q̄tum ad possessionē ⁊ dominiu3. et bene dicit. q ¶ Delicta mea ⁊c.q: delicta eor̄ qui ea abscondunt nolentes deserere ⁊ confiteri christus non fecit sua pro eis satisfaciendo:sed solū delicta eorum qui vere contriti confitētur. r ¶ Non erubescāt ⁊c.loquitur pro sanctis patribus in limbo salutem christi expectantibus cum magno desiderio:⁊ ideo nisi ad eos descenderet christus esset eis confusio ⁊ maxime prophetis ibidem existentibus qui talia predixerant ventura nec orat christus homo dubitans de aduētu futuro:sed sicut orauit in suscitatiōe lazari:quā tamē sciebat certitudinaliter futurā.vnde dicit tunc Gratias ago tibi pater qm̄ audisti me:ego aūt sciebā quia semper me audis. Joā.xi.Sed sic orando ostendebat in se veritatē humane nature:in qua minor est patre. s ¶ Nō cōfundant ⁊c.Hoc dicit pro apostolis alijsq; discipulis quor̄ confirmationē petebat a patre:ita q̄ nō timerēt seu erubescerēt de xp̄i cōfessione:sed magis gloriarētur qd ⁊ factū fuit per missionem spiritussancti:postq; de ipsis dicitur Actuū.v. Et illi quidē ibant gaudentes a cōspectu concilij:quoniā digni habiti sunt pro noīe iesu cōtumeliā pati. t ¶ Deus israel.id est populi christiani.vt dictū est in psalmo precedenti. v ¶ Quoniā propter te.Hic cōsequenter saluator explicat penas suas in verbis dicens. v ¶ Quoniam propter te ⁊c.quia iudei vocabant eum infidelem ⁊ demoniacum.Roma.viij. Nonne bene dicimus nos quia samaritanus es ⁊ demonium habes.Et quia cum tenerent eum vinctū plures dicebāt contra eum falsu3 testimoniū Mathei.xxvi. x ¶ Operuit confusio faciem meā.quia velantes faciē suam percutiebant eum dicentes Prophetiza quis est qui te percussit.reputantes eū prophetam falsum.Luce. xvij. y ¶ Extraneus factus sum fratribus meis.i.iudeis quos vocat fratres eo q̄ ip̄e erat iude⁹. z ¶ Et peregrinus filijs matris mee scilicet sinagoge:⁊ est repetitio eiusdē sentētie per alia verba ad maiorē expressionem. a ¶ Quoniā zelus domus tue comedit me:qd ostendit xp̄s maxīe qñ de domo dei eiecit negociatores.Joā. secundo dicēs.Nolite facere domū patris mei domum negociationis. b ¶ Et opprobria exprobrantium tibi.miracula enim christi attribuebant iudei virtuti demonis Mathei.xij.Hic nō eiecit demonia nisi in beelzebub principe demoniorum que tamen fiebant virtute toti⁹ trinitatis:⁊ sic inferebāt opprobria patri. c ¶ Ceciderunt super me.quia occasione miraculor̄ que christus faciebat virtute deitatis que est cōmunis toti trinitati et maxime in suscitatione lazari iudei quesierunt occasionem mortis christi dicentes.Quid facimus qui hic homo multa signa facit ⁊c. Joannis vndecimo.Et hoc est quod dicitur. c ¶ Ceciderunt super me.obruendum morte:sicut lapides proiecti a machina cōtra turrim infrangibilem resiliunt cadentes supra domum turri coniunctam eam frangentes ⁊ destruētes:sic opprobria iudeorum proiecta contra virtutem deitatis cui nocere non poterant resilierunt supra fragilitate3 humanitatis deitati ɔiunctā ⁊ eā obruerunt morte. d ¶ Et operui in ieiunio ⁊c.christus enim ieiunauit.xl.diebus ⁊.xl.noctibus Mathei.iiij. e ¶ Et factū est ⁊c.q: dyabolus accepit ex hoc occasionē tent[illegible] xp̄m et persuadendi ei vt eū adoraret vt ibidē habet.q̄ xp̄s sibi reputauit opprobriū p̄pter qd repulit eū indignāter di.Uade sathana ⁊c. f ¶ Et posui ⁊c.doctores eñi cōmuniter dicūt q̄ per ciliciū hic intelligitur flet⁹ xp̄i in suscitatione lazari.Joā.xi.eo q̄ antiquitus flentes mortuum induebant ciliciū sed mihi videt q̄ cōuenienter p ciliciū pōt intelligi asperitas vestiū xp̄i.cū eñi reprobauerit mollicie vestiu3 Mat.xi.di.Ecce

Aequocatur raucedo.

Tenemur diliger deu3 pp tria p̄pter creationē redēptionē et bonorū largitionem.

Christi passio.

quid xp̄s ostendebat orando.

C[illegible] fratres sum⁹ s̄m q: homines sum⁹. Aug.

qua occasione dyabol⁹ temptauit xp̄3

qui mollibus vestiūtur in domib⁹ regū sunt.satis apparet ꝙ asperis vestibus vtebat:q: cepit facere ⁊ docere. Act.j.vñ ⁊ Joā.xix.dicit ꝙ ei⁹ tunica erat incōsutilis desuper cōtexta per totū:⁊ hoc mō fiūt vestes cilicine ⁊ aspere. g ¶Et factus sū illis in parabolā hoc est in derisū.q: de eo dicebāt Ecce hō vorax ⁊ potator vini publicanoꝝ ⁊ pctōꝝ amic⁹. Mat.xj. h ¶Aduersū me loquebant ⁊c.i.pncipes sacerdotū qui eum iudicauerūt mortis reū Marci.xiiij.⁊ isti vocant sedentes in porta duplici de causa.tū q: sedebāt iuxta portam templi ad docēdū ppl'm.tū q: sm modum iudicū antiquoꝝ aliqñ sedebant in portis ciuitatū ad iudicandum ppl'm in cōibus causis.romani enī retinebāt causas sanguinis. i ¶Et in me.i.de me. k ¶Psallebāt derisorie l ¶Qui bibebāt vinū.scribit eñ in quodā libello hebraico qui intitulat cōdemnatus iudicio ꝙ ppter verbū salomo. Prouerb.xxxj.Date siceram.i.potū inebriatiuū merentibus.et vinū his q̄ amaro sunt animo.Sapiētes iudeoꝝ ordinauerūt ꝙ cōdennatis ad mortē daretur plen⁹ ciphus de vino forti vt magis hylariter sustinerēt mortem.⁊ illud vinū fuit acceptū p xpo ⁊ duob⁹ latronibus cū eo crucifigendis.sed iudei vinum illud acceperūt ⁊ biberūt cū derisiōe xpi:⁊ ppter talē derisionē dicitur hic.In me psallebant qui bibebāt vinū:⁊ in loco vini predicti posuerūt acetū:vt dicit infra. Aliter etiā pōt exponi ꝙ de crucifixione xpi tanꝙ de re insolita ⁊ notabili fuerunt facte cantilene derisorie in fauorē sacerdotū q̄ ei⁹ mortem pcurauerāt tanꝙ de falso pphera volēte regnare:⁊ nō potēte.que decantabant per tabernas ⁊ sic dicit.In me psallebāt ⁊c.

xps habuit tres tunicas et hic loquitur de prima quaꝫ ci mater fecit.

De potu xpi in cruce

Alia expō

meū ciliciū:⁊[g] fact⁹ sū illis in parabolā.Aduersū[h]
me loquebant q sedebāt in porta:⁊[i] i me psallebāt[k]
qui[l] bibebāt vinū. Ego[m] vero orōnē meā ad te dñe:
tempus[n] beneplaciti de⁹.In[o] multitudie misericor
die tue exaudi me:i veritate[p] salutis tue.Eripe[q] me
de luto vt non infigar:libera[r] me ab his q oderūt me
et[s] de profūdis aquaꝝ.Nō[t] me demergat tempestas
aque:neqꝫ[v] absorbeat me pfundū neqꝫ[x] vrgeat sup
me pute⁹ os suū.Exaudi[y] me domine quoniā beni-
gna est misericordia tua:sꝫ multitudinē miserationū
tuarū respice me.Et ne[z] auertas faciē tuā a puero
tuo qm̄ tribulor velociter exaudi me. Intende[a] aie
mee ⁊[b] libera eam ppter[c] inimicos meos eripe me.
Tu[d] scis improperiū meū ⁊[e] cōfusionē meā:⁊[f] reuerē
tiā meā.In[g] cōspectu tuo sūt oēs q tribulāt me:iprō
periū[h] expectauit cor meū ⁊ miseriā.Et[i] sustinui q si-

Oēs aūt iste pene possunt ad membra xpi applicari:q: ppter xpm sustinuerūt opprobria ⁊ cōfusiōes ⁊ psecutiōes etiā ab amicis intimis tanꝙ ab extraneis afflixerūt et se ieiunijs ⁊ cilicijs ⁊ sustinuerūt et pdēnatiōes puersas a iudicib⁹ ⁊ derisiones ab ebriosis potatoribus vt patet in multis sctōꝝ martyrū gestis. m ¶Ego vero.Hic cōsequēter petit ipsius xpi capitis ⁊ membroꝝ liberatio a penis:⁊ pmo ponit dicta petitio:scdo ad hoc inducit rōnibi.Exaudi me.Circa pmum d: m ¶Ego vero orōnē.s.dirigo. n ¶Tempus beneplaciti.i.expectās tps liberatiōis sm dispositionē sue voluntatis. o ¶In multitudine ⁊c.orauit eñ xps nō solū pro se in persona:sed etiā pro membris suis qui sunt multa ideo petit multitudinē mie. p ¶In veritate salutis tue.i.salutis a me pmisse que pmissio est in veritate. q ¶Eripe me ⁊c.superi⁹ dixit infixus sū in limo:qui lim⁹ idē est qd lutū:ppter qd sciēdū ꝙ aliqñ d: aliqs infigi in lutū qñ cadit ibi:lꝫ cito resurgat sed magis pprie dicitur infigi qñ nō pōt inde retrahi.Superius aūt xps dixit se infixum in luto eo ꝙ mortuus fuit et positus in sepulchro.intra terrā.hic autem petit vt nō infigatur.i. ꝙ non diu ibi remaneat p sue resurrectionis accelerationem. r ¶Libera me ⁊c.i.iudeis a quorū potestate fuit totaliter liberatus in resurrectiōe. s ¶Et de profundis aquarū.i.psecutionū vt supra dictū ē:ad quarū pfundū homo deducit qñ occidit.⁊ in hoc suā petit resurrectionem sicut prius.p alis tamen verba qd solet fieri in talib⁹ orationibus ⁊ iō adhuc subdit. t ¶Nō me demergat tempestas aque superius dixit.⁊ tempestas demersit me.eo ꝙ mortu⁹ fuit in cruce.Quod ergo hic dicit.Non me demergat tempestas aque sensus est.i.me per mortē demersum nō diu teneat in morte. v ¶Neqꝫ absorbeat me profundū.i.corp⁹ meū intra sepulchrū nō putrefiat seu corrumpat:⁊ a vermib⁹ corrosū absorbeat. x ¶Neqꝫ vrgeat ⁊c.⁊ in hebreo habetur.Non obturet super me puteus os suum ⁊ dicitur hic puteus lymbus inferni ad quem descendit aīa xpi ad extrahendum inde patres detentos sm illud zach.ix.Tu quoqꝫ in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu in quo non erat aqua. Sic igit petit xps vel potius dauid in persona xpi ꝙ aia xpi cito de inferno redeat ad corpus ⁊ resurrectio compleatur.ita ꝙ corpus nullam corruptionē seu putrefactionem patiat.qd ⁊ factū fuit sicut supra dictū est ps.xv. y ¶Exaudi me.Hic consequenter adducit rō sue exauditionis.⁊ accipitur primo ex parte pprietatis diuine cui⁹ pprietas est mia ⁊ benignitas.⁊ p cōs ad exaudiendū pnitas ⁊ hoc est qd d:.Exaudi me dñe qm̄ benigna est ⁊c.⁊ ptꝫ lra.Scdo accipitur ex parte obedientie xpi qui fuit obediens patri vsqꝫ ad mortē pp' qd vocat hic puer noīe enim pueri frequenter in sacra scriptura designat seruus valde obediens.⁊ sm hoc xps vocatur puer. Actuum.iiij.Conuenerunt enim vere in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum iesum quem vnxisti herodes pontius pylatus ⁊c.Et sm hoc dicitur hic. z ¶Et ne auertas ⁊c.orationē meam repellēdo:⁊ loquitur de deo ad modum hominis qui auertit faciem qñ non vult exaudire deprecationē petētis. a ¶Intende anime mee idest vite mee corporali. b ¶Et libera eam resuscitādo a morte. c ¶Propter inimicos meos.i.pp iudeos qd dupliciter exponit.vno mō de iudeis obstinatis vt per resurrectionē xpi cōfundātur.Alio modo de conuertendis:vt audita christi resurrectione cōuertant:sic legit Actuum.ij.ꝙ predicante petro christi resurrectionem multi conuersi sunt ad fidem:et ibidem subditur. Et apposite sunt in die illa anime circiter tria milia. d ¶Tu scis improperium:id est mihi illatum in verbis iniuriosis:vt patet ex predictis. e ¶Et confusionem meam quia captus sum ad modum latronis. f ¶Et reuerentiam meam.hic accipitur reuerentia pro verecundia:sicut irreuerens dicitur inuerecundus ppter quod in transla.hiero.d: Ignominiam meā.i.in sputis ⁊ colaphis mihi a iudeis illatis. g ¶In cōspectu ⁊c.q.d.p volūtate tua potes eū punire. h ¶Improperiū ⁊c.q: p⁹ colaphos ⁊ sputa a iudeis illata a militib⁹ pīlatis fuit illus⁹ ⁊ crudeli occisus. i ¶Et

Nō exauditiōis.

Quare xps vocatur puer.

De petro

De flagellis xpi.

sustinui ⁊c.hoc videt falsum:q: apostoli in morte christi simul cōtristati sunt sm ꝙ dixerat eis.Joan.xvj. Amen dico vobis q: plorabitis ⁊ flebitis vos dicendum ꝙ loquit hic sm cōem modū loquēdi qui dicitur nullus adesse vbi pauci sunt respectiue:sicut dicit nullus est in ecclesia vel foro q: pauci sunt ibi sm ꝙ deberent vel consueuerant esse. ita in morte christi fuerunt pauci cōtristati:cum tñ debuissent oēs cōpati ei cui insensibilia cōpati videbantur:q: in morte christi sol obscuratus est ⁊ terra mota:⁊ petre scisse sunt.et monumenta aperta.vt ptꝫ ex decursu euāgelij. k ¶Et qui cōsolaretur.⁊ nō inueni:q: etiam principalis eius discipulus scꝫ petrus eum in sua psentia ter negauit. l ¶Et dederunt in escam meā fel:sicut dicitur Mat.xxvij.Et dederunt ei vinū bibere cū felle mixtum ⁊q: fel erat de natura sua magis edibile ꝙ potabile iō noīat ipm escā. m ¶Et in siti mea potauerunt me aceto.Joā.xix.Cū ergo accepisset Jesus acetū. n ¶Fiat mēsa.Hic consequenter predicitur iudeoꝝ punitio cum dicitur.Fiat mensa eorum.⁊c.Qñ enim hierusalem fuit obsessa a romanis iudei illuc conuenerunt ad celebrandum paschale cōuiuium qd non poterat fieri extra hierusalē.⁊ sic fuerunt illaqueati:q: fuerūt a romanis circunclusi sicut aues in laqueo. o ¶Et in retributiones penarū debitarū propter mortē xpi illatā sicut eñ predixerat Luc.xix.Circundabunt te inimici tui:⁊ coāgustabunt te ⁊c.sequitur.eo ꝙ non cognoueris tēpus visitationis tue. p ¶Et in scandalum:ruendo de malo in malum.q: primo passi sunt famē in illa obsidione:intantū ꝙ mulieres comedebant paruulos suos:vt dicit Josephus libro de iudaico bello.⁊ ex cōsequēti mortis pestilentiā ⁊ vlterius captionem ⁊ occisionē q̄tum ad multos ⁊ captiuitatē q̄tū ad alios. v ¶Obscurent oculi eorū ne videāt:q: remanētes p orbē dispersi sunt in sua infidelitate excecati sꝫ ꝙ dicit apl's Rom.xj.allegās scripturā istā. r ¶Et dorsū eoꝝ semp incuruat pōdere pctōrum sup apostoloꝝ. s ¶Effunde sup eos irā tuā.i.effectū iusticie tue. t ¶Et furor ire tue.i.rigor iusticie tue. v ¶Cōprehendat eos qd factū est in destructiōe eoꝝ p romanos. x ¶Fiat habitatio eoꝝ deserta q: romani destruxerūt ciuitates eoꝝ ⁊ loca. y ¶Et in tabernaculis eoꝝ non sit qui inhabitet.q: expulsi ⁊ captiuati fuerūt totaliter de iudea:⁊ huius punitiōis causa subdit cū dicitur. z ¶Qm̄ quē tu pcussisti persecuti sunt.s.christum occidendo eū.dicit eñ apostolus Rom.viij.de deo patre.pprio filio suo nō pepercit.sꝫ p nobis oībus tradidit illū:⁊ sic percussit eum q: psecutionibus iudeoꝝ se exposuit:hoc tñ fuit ex maxima charitate:sm ꝙ dicitur.j. Joā.iij. Sic deus dilexit mundū:vt filium suū vnigenitum daret.Sed iudei psecuti sunt eum ex inuidia ⁊ iniquitate propter qd puniti fuerunt. a ¶Et super dolorem vulnerum eorū addiderunt.q: non solum psecuti sunt ad mortem christum in persona propria sed ⁊ membra eius stephanum lapidādo. Jacobū occidendo:alios incarcerādo ⁊ flagellando.vt ptꝫ in Act.apostolorum. b ¶Appone iniquitatem:id est apponens sꝫ permittendo quia deus non est causa iniquitatis effectiue:sed tantum permissiue. c ¶Super iniquitatem eorum.q: super peccatorum cōmissionem etiā apposuerunt obstinationē:ideo subditur. d ¶Et nō intrent in iustitiam tuā reuertendo de culpa ad gratiam. e ¶Deleantur ⁊c.per finalem retributionem ⁊ eternam dānationem. f ¶Ego sum pauper.christus enim in paupertate fuit natus:conuersatus mortuus:⁊ in alieno sepulchro positus. g ¶Et dolens:q: dolor in passione christi fuit maximus. h ¶Salus tua deus suscepit me.resuscitādo a morte. i ¶Laudabo.Hic cōñr vltimo ponitur gratiarū actio cū dicitur.Laudabo nomen dei cū cantico ⁊c.non est intelligendū ꝙ ex laude humana aliquid deo accrescat: sed ipsis laudantibus. k ¶Et placebit ⁊c.sacrificium enim diuine laudis magis est deo placitum ꝙ sacrificium animalium.etiā a tempore veteris legis:q: sacrificia animalium nō erant accepta nisi ex deuotiōe offerentium.tēpore vero noue legis talia sacrificia sunt tanꝙ mortua reprobata:⁊ hoc est qd predixit saluator. Joan.iiij.Venit hora ⁊ nunc est qñ veri adoratores adorabunt patrē in spū ⁊ veritate. l ¶Videāt pauperes.i.xpiani q̄ in pmitiua ecclīa fuerūt pauperes. m ¶Et letent de mutatione cult⁹ corporalis veteris legis in spūales noue. n ¶Querite deū.in fide ⁊ charitate. o ¶Et viuet aīa vrā vita grē. p ¶Qm̄ exaudiuit paupes dñs pces eoꝝ exaudiēdo. q ¶Et vinctos suos ⁊c.patres in lymbo detētos cū xpo resurgēte:educēdo.pōt etiā hoc referri ad fideles q̄ i primitiua ecclīa in carcerib⁹ vinciebant.⁊ aliqñ fractis carcerib⁹ diuinitus liberabant. r ¶Laudent illū celi:⁊ terra.i.ciues celestes ⁊ hoīes in terra habitātes. s ¶Mare ⁊ oia reptilia in eis.nō q: talia irrationabilia deū laudēt proprie: sed q: sunt hoībus materia diuine laudis qui eū laudāt ex suis creaturis. t ¶Qm̄ deus saluū faciet syon.hoc exponitur dupliciter vno mō de ecclesia militante que per syon signatur.eo ꝙ suscepit ibi per xpi predicationē qui frequēter legitur pdicasse in templo qd erat in mōte syon:⁊ ibi cōfirmata fuit p spiritus sancti missionem in signo visibili super apostolos aliosqꝫ christi discipulos. sm ꝙ dicit hiero.in epla ad paulinū de omnibus sacre scripture libris. v ¶Et edificabunt ciuitates iude. q: apostoli aliiqꝫ discipuli de monte syon missi sunt ad predicandū per orbem vniuersum.vbi p eos costitute sunt ⁊ ordinate ecclesie q̄ dicuntur ciuitates. eo ꝙ

mul cōtristaret ⁊nō fuit:et[k] qui cōsolaret et nō inueni.
Et[l] dederunt in escā meā fel:et[m] in siti mea potaue-
runt me aceto.Fiat[n] mensa eorum coram ipsis in la
queum:et[o] in retributiones et[p] in scandalum. Ob-
scurent[q] oculi eorū ne videāt et[r] dorsum eorū semp
incurua. Effunde[s] super eos iram tuā:et[t] furor ire
tue cōprehendat[v] eos.Fiat[x] hitatio eoꝝ deserta et[y]
in tabernaculis eorū nō sit qui inhabitet.Quoniā[z]
quem tu pcussisti persecuti sunt et[a] sup dolorē vul
nerū eorum addiderūt.Appone[b] iniquitatē sup[c]
iniquitatē eoꝝ:et[d] nō intrent in iustitiā tuā.Deleā
tur[e] de libro viuentiū:et cū iustis nō scribant.Ego
[f] sum paup et dolens[g] salus[h] tua deus suscepit me.
Laudabo[i] nomen dei cū cātico:et magnificabo eū
in laude.Et[k] placebit dño sup vitulū nouellū:cor-
nua pducentē et vngulas.Videāt[l] pauperes et[m] le
tent q̄rite[n] deū et[o] viuet aia nostra.Qm̄[p] exaudiuit
pauperes dñs:et[q] victos suos nō despexit.Laudēt[r]
illū celi et terra:mare[s] et oia reptilia in eis.Quoniā[t]
deus saluū faciet syon.et[v] edificabūtur ciuitates iu-

Cōis modus loqndi.

De potu christi.

Destructionem hierusalem xps pdixit.

De iudeorū destructione.

Quare iudei fuerūt puniti.

Quō de⁹ est causa iniq̄tatis.

Quō xps fuit pauper.

Cū dñes essꝫ fact⁹ egen⁹ p nobis ad Co.viij.

Paup d: q̄ si paruꝫ potēs impetrās et potens.

Quō de⁹ q̄rēdus ē

Cōtinēs p cōtētō accipit

Duplex expo.

ciuitas est ciuiū vnitas.ibi aūt vniebanť fideles in fide et charitate.dicūť ēt ciuitates iude.i. christi q̄ sic noīatur. eo ꝙ fuit de tribu iuda sicut ⁊ Gen̄.xlix.sanson noīatur dan ſm oēs expositores catholicos.et in heb.cuȝ dr̄: dan coluber in via:q: fuit de tribu dan. x ¶Et inhabitabūt:ibi fideles xp̄i. y ¶Et hereditate acquirent eā:q: descendētibus primis alij quasi hereditarij succedūt eis. z ¶Et semen seruoꝝ eius.i. xp̄i.⁊ vocantur hic eius serui sui discipuli quoꝝ semen.i.imitatores eoꝝ possidēt ecclesias p orbē. a ¶Et qui diligunt nomē eius.existentes in charitate. b ¶Habitauerunt in ea numero et merito: q: sola charitas diuiditur inter filios pditiōis ⁊ regni. Alio modo exponiť de ecclesia triūphante q̄ syon appellatur heb. xij. Accessistis ad syon montē ⁊ ciuitatē dei viuentis hierusalem celestē.⁊ multoꝝ miliū angelorum frequentiā. Hanc autē syon celestem deus saluam fecit qn̄ per hoīes illuc ascendentes angelorum ruinā reparauit. v ¶Et edificabuntur ciuitates iude.i.xp̄i. ⁊ possunt dici he ciuitates diuersoꝝ angelorum ordines. x ¶Et inhabitabunt ibi.scił illuc assumpti. y ¶Et hereditate acquirent eam.i.immobiliter.sicut hereditas dicitur res immobilis. z ¶Et semē seruorū eius.i.fideles discipulorū xp̄i imitatores. z ¶Possidebit eam eternaliter absq̄ amissione. Et q̄ diligūt nomē eius habitabūt in ea: q: in ciuitate celesti est charitas pfecta. est eīm ibi vna vox letātiū: ⁊ vn⁹ ardor cordiū ad quā perducat ⁊c.

alia expō

De glīa

Opi. falsa.

de. Et^x inhabitabunt ibi: ⁊^y hereditate acquirent.
Et^z semē seruorū eius possidebit eam: et^a qui dili
gunt nomen eius habitabunt^b in ea.

¶Victori dauid ad recordandū. Psalmus.lxix.

Deus^a in adiutoriū meū intēde: dn̄e^b ad
adiuuandū me festina. Cōfundanť^c ⁊ re
uereanť q q̄runt aīaȝ meā. Auertanť^d
retrorsuȝ ⁊ erubescāt: q volūt mihi ma
la. Auertanť^e statī erubescētes: q^f dicūt
mihi euge euge. Exultēt^g et letēť oēs q querūt te: ⁊
^h dicāt semp magnificeť dn̄s q diligūt salutare tuū.
Ego^i vero egenus ⁊ paup suȝ deus^k adiuua me. Ad
iutor^l me⁹ ⁊^m liberator me⁹ es tu dn̄e^n ne moreris.

¶Psalmus.lxx.

¶Psalmus.lxix.

Deus in adiutoriū ⁊c. Huic ps.premittitur talis titu.in heb. Ad victoriā dauid ad recordandū In transla.hiero.sic dicitur. Victori dauid ad recordādum.⁊ est eadeȝ sn̄ia: vt pȝ ex supradictis. Quod autē dicitur hic ad recordandū.dicunt expositores cōiter ꝙ hoc dr̄ eo ꝙ dauid fecit hunc psal.ad beneficia sibi prestita a deo recordāda.ppter quod in aliquibus biblijs post illud verbum. Ad recordandū additur q: dn̄s fecit eum saluū.sed hoc additum fuit ab aliquo expositore quicūq̄ fuerit ille. q: hoc nō habetur in heb.nec in transla.hiero.iuxta heb.veritatē. Item ſm ꝙ eadē esset ratio ꝙ in quolibet psal.quem fecit dauid pro sua liberatione a periculis poneretur ad recordandū qđ non est verum: ⁊ ideo saluo meliori iudicio vr̄ mihi ꝙ hic ps.est prophetia de futuro puidit eīm dauid in spūsancto ꝙ principiū huius psal.recordandū esset in ecclesia dei in principio oīm horaꝝ canonicarū: vel iuxta principiū sicut videmus adimpletū: ⁊ propter hoc in ti.posuit ad recordandum. Itē de hoc psal.⁊ sequēti q̄ incipit. In te ⁊c. dicunt aliqui expositores ꝙ est idem ps.in heb.alijs aūt expositus ppter quod vidi plures libros hebraicos ⁊ in aliquib⁹ ponitur hic ps.in alijs aūt extinctus.primum tn̄ vr̄ mihi verius.licet hyeronimus dicat duos esse psal.q: tunc quotat.lxix.⁊ alium.lxx.non tn̄ mutatur sententia siue hoc teneť siue illud: q: vterq̄ videtur esse factus a dauid cum esset in persecutione absalon filij sui vt mihi videtur saluo meliori iudicio. Scđm igitur hunc sensum diuiditur iste ps.in duas partes: quia primo dauid petit celerē liberationem.scđo ad hoc inducit multiplicē rationeȝ: ibi. In te dn̄e speraui. Circa primum dicit. a ¶Deus in adiutoriuȝ meū intende: q: nō possum absalon filio meo ɔsistere: sicut ipsemet dicit.ij.reg.xv. Surgite ⁊ fugiamus.neq̄ eīm erit nobis effugium a facie absalon. b ¶Domine ad adiuuandū me festina.q: achitophel nitebatur eū psequi ⁊ cōprehēdere eadē nocte.vt habetur eo.ca. ⁊ absalon interfect⁹ fuit.vt habeť sequēti ca. d ¶Auertanť retrorsum ⁊ erubescāt q̄ volūt mihi mala: q: populus q̄ erat cū absalon eo deuicto fugit in tabernacula sua.vt hr̄.ij.reg.xviij.⁊ ad idē reuertiť qđ subdiť. e ¶Auertanť statim erubescētes: q: fugiētes de plio merito erubescūt. f ¶Qui dicunt mihi euge euge: interiectio est gaudētis: q: ppl's existēs cuȝ absalon erat in tāta multitudine ꝙ gaudētes dicebāt statim habebimus eū in manib⁹ nostris captū. g ¶Exultent ⁊ letenť ⁊c.i.ego ⁊ viri mei q̄ querim⁹ iusticiā tuā ⁊ p te liberari. h ¶Et dicāt semp magnificeť dn̄s de beneficijs nr̄is pstitis. i ¶Ego vero egenus ⁊c. q: in illa fuga siba pstitit ei cibaria vt hr̄.ij.reg.xvi. Et in termino berzellai galaadites ⁊ machir filius amiel pstiterūt ei necessaria vt hr̄.ij.reg.xvij.⁊ ideo subdiť. k ¶Deus adiuua me.q.d.sine tuo auxilio nō possum resistere.⁊ iō subdit. l ¶Adiutor meus.cōtra hostes inuadēs. m ¶Et liberator meus es tu.i.a periculis imminentibus. n ¶Dn̄e ne moreris.⁊ in hoc petit celerē liberationem sicut in principio.

Opi. aliquorum.

Opiñ. expositoris

Diuisio psalmi.

De fuga ppl'i absalō quare sumitur.

Hic euge ē vt interiectio gaudēť.

¶Psalmus.lxx.

In te dn̄e speraui ⁊c. Licet hic psal.nō sit alius a precedenti vt credo.q: tamen a hiero.⁊ alijs nr̄is doctis.poniť alius.iō volui ponere aliquā distinctioneȝ ⁊ ppter psal.quotationē prout habetur in libris nostris. Sciendū igitur ꝙ in aliquibus biblijs poniť hic talis titu. Psal. dauid filiorū ionab ⁊ priorum captiuorum.sed in heb.⁊ in translatio.hiero.nullus simpliciter ponitur titu.ideo iste videtur appositus ſm imaginationē vel opinionem alicuius expositoris; q: nec iste titu.videť multum cōcordare sequēti litere ppter quod sicut dictū est videtur magis scđa pars huius psal.in qua dauid ad sui liberationē a deo inducit multiplicē rationeȝ ⁊ diuiditur in duas partes: q: primo dauid inducit huiusmodi rationes.scđo pmittit multiplices gratiarū actiones: ibi. Ego autem semp sperabo. Prima in tres: q: primo inducit rationes ex parte dei.secundo ex parte sui.ibi. In te cantatio mea semper. Tertio ex parte aduersarij: ibi. Confundantur. Circa primū allegat primo dei magnificentiā: secundo eius iustitiam ibi. deus meus eripe. Circa primū sciendū ꝙ ad magnificum pertinet adiuuare confidentem de se.⁊ maxime quando habet iustitiam per se: et hoc allegat dauid dicēs.

aliquorū opi.

a ¶In te dn̄e speraui tanq̄ in adiutorio potenti. b ¶Nō cōfundar in eternū.i.finaliter q: in psecutione absalon reportauit honorē ⁊ absalon cū suis cōfusionē. c ¶In iusticia tua libera me.q.d.tibi ppriū est iustos liberare cuiusmodi suȝ ego in hac persecutione. d ¶Inclina ad me aurē tuā.loquiť de deo admodum hominis: q̄ inclinat aurē qn̄ vult exaudire deprecantem. e ¶Esto mihi in deū ptectorē ⁊c.q.d.nulla protectio aut munitio valet mihi sine te. f ¶Qm̄ firmamentū meū dans mihi firmitatē constātie. g ¶Et refugium meū es tu.in omni tribulatiōe: oīa ista ostendūt fiduciā quā habebat dauid in deo ppter quā exaudibilis erat sua petitio. h ¶Deus me⁹. hic cōsequēter dđ allegat diuinā iustitiā ad quā ptinet iniquos punire: quales erant psecutores dauid.⁊ hoc est qđ di. h ¶Deus me⁹ ⁊c.i.pctoꝝ q: multi in fauorem absalon iniuste persequebantur eū. i ¶Et de manu cōtra legē agētis.i.ipsi⁹ absalon qui agebat cōtra legē naturalē ⁊ diuinam ⁊ humanā psequēdo patre suū quē oīs lex pcepit honorare. k ¶Et iniqui.i.achitophel q̄ fuit cōsiliarius dauid.⁊ cōtra eum dabat iniqua cōsilia: ⁊ de ei⁹ cōsilio absalon cōtra patrē rebellauit: vt dictū fuit.ij.reg. xv. l ¶Qm̄ tu es ⁊c. prestās mihi patientiā in hac tribulatiōe fuit eīm valde patiens.vt habeť.ij.reg.xvi. q: iniurias semei sibi maledicentis ⁊ lapides cōtra eū mittētis valde patienter portauit. m ¶Domine spes mea ⁊c. quasi dicat nihil boni speraui obtinere nisi per te. n ¶In te cōfirmat⁹ suȝ ex vtero. non est per hoc intelligenduȝ ꝙ fuerit in vtero matris sanctificat⁹: sed hoc dicit quia in vtero matris fuit a deo protect⁹ sine qua protectione nō fuisset de vtero matris nat⁹. Unde in transla.hieronymi habeť. A te suscitatus suȝ ex vtero ⁊c. o ¶De vētre matris mee: id est ab hora natiuitatis mee vsq̄ nūc. p ¶Tu es protector me⁹.sicut fuisti anteq̄ essem nat⁹. q ¶In te cātatio mea semp. Hic adducit rōnes sumptas ex parte sui ad ostēdendū ꝙ rō sua sit exaudibilis.⁊ accipiť prima rō ex sua deuotiōe: scđa ex corporis defectione: ibi. Ne pijcias.

Quid ad magnificū factū pertinet.

Rōnū adductio.

In te dn̄e^a speraui nō^b cōfundar in eter
nuȝ: in^c iustitia tua libera me ⁊ eripe me
Inclina^d ad me aurē tuam ⁊ salua me.
Esto^e mihi in deū ptectoreȝ ⁊ in locum
munitū: vt saluū me facias. Qm̄^f firma
mentū meū: ⁊^g refugiū meū es tu. De⁹^h me⁹ eripe
me de manu pctōris: ⁊^i de manu ɔ legē agētis ⁊^k ini
qui. Qm̄^l tu es patientia mea dn̄e: dn̄e^m spes mea
a iuuentute mea. In^n te ɔfirmat⁹ suȝ ex vtero de^o vē
tre matris mee tu^p es ptector me⁹. In^q te cantatio
mea semp: tanq̄^r pdigiū fact⁹ suȝ multis. ⁊^s tu adiu
tor fortis. Repleať^t os meū laude vt^u cātem gl'iam
tuā tota die magnitudinē tuā. Ne^x pijcias me in tpe
senectutis: cū defecerit virt⁹ mea ne derelinquas me.
Qr^y dixerūt inimici mei mihi: ⁊^z q custodiebāt aīaȝ
meā ɔsiliū^a fecerūt in vnū. Dicētes^b de⁹ dereliqt eū
psequimini ⁊ ɔprehēdite eū q: nō ē q eripiat. De⁹^c ne
elongeris a me: de⁹^d me⁹ i auxiliū meū respice. Con
fundāť^e ⁊ deficiāt detrahētes aīe mee operiāť^f con
fusiōe ⁊ pudore q̄ q̄runt mala mihi. Ego^g aūt semp
sperabo ⁊^h adijciā sup oēȝ laudē tuā. Os^i meū annū
ciabit iusticiā tuā: tota die salutare tuū. Qm̄^k nō co
gnoui literaturā: introibo^l in potentias dn̄i dn̄e me

ctione: ibi. Ne pijcias. Circa primū sciendū ꝙ ad deū ptinet audire orōnes deuotoꝝ q̄lis erat dđ qui continue erat intēt⁹ diuis laudib⁹.⁊ h̄ est qđ dicit. q ¶In te cātatio mea semp.te deuote laudādo. r ¶Tanq̄ pdigium ⁊c. fuit eīm multuȝ mirabile ꝙ dđ adhuc iuuenis leonē ⁊ vrsum suffocauit ⁊ gygātē fortissimū in funda ⁊ lapide debellauit: vt hr̄.i.reg.xvij. s ¶Et tu adiutor fortis.q.d.tu fecisti ista mirabilia ⁊ nō ego.iō subdiť. t ¶Repleať os ⁊c. p diuīs bn̄ficijs. v ¶Ut cantē ⁊c.in ps.a cōpositis. x ¶Ne pijcias. Hic ɔnr accipiť rō ex pte defectiōis ipsi⁹ dđ qui iā erat senex ⁊ tēdēs ad defect⁹ roboris qn̄ absalon ɔ eū rebellauit. ad deū aūt q̄ fortissim⁹ est ptinet adiuuare deficiētes maxime in cā iusta sicut erat in pposito: ⁊ h̄ est qđ di. x ¶Ne pijcias me ⁊c.i.tpe senectutis ⁊ defectibilitatis mee nō subtrahas a me auxiliū ṽtutis tue. y ¶Qr dixerūt inimici mei mihi.i.de me qđ postea subdiť. z ¶Et custodiebāt aīam meā.i.vitā meā.s.achitophel ⁊ similes q̄ pri⁹ fuerūt ɔsiliarij dđ ⁊ custodes corpis sui. a ¶Consiliū fecerūt in vnū.i.cū ipo absalō ad me iugulandū. b ¶Dicētes deus dereliquit eū ⁊c. posuit eīm iste achitophel ī capitib⁹ populi p suā astutiā ꝙ dauid erat simplr reprobat⁹ a deo ppter adulteriū cū bersabee ⁊ homicidiū viri: sicut plenius erat dictū supra ps.iij.ad h̄ vt ppl's psequereť dđ securi⁹ tanq̄ hoīeȝ a deo reprobatū.⁊ iō subdit dđ. c ¶Deus ne elongeris a me subtrahēdo auxiliū defensiōis tue. d ¶Deus me⁹ in auxiliū meū respice. loq̄tur de deo ad modum hoīs: q̄ hȝ oculos attentos ad eū quē vult adiuuare. e ¶Confundantur ⁊ deficiant detrahētes aīe mee: qualis erat achitophel ⁊ sui sequaces: vt pȝ ex dictis. f ¶Operianť cōfusione ⁊ pudore ⁊c. qđ ⁊ factum fuit: q: achitophel sese suspēdit: vt hr̄.ij.reg.xvij.⁊ absalon pēdens in quercu p crines interfect⁹ fuit ⁊ magna ps ppl'i: ⁊ reliqua ps ɔfugibil'r fugit.ij.reg.xviij. g ¶Ego aūt.postq̄ dđ p exauditiōe sue petitionis allegauit rōnes. Hic ɔnr pmittit p ipa grarū actiones.⁊ primo facit pcessum.scđo ondit promissionis principiū ibi. Qm̄ nō cognoui.tertio redit ad ppositū ibi. Nā ⁊ ego. Circa pmum dicit. g ¶Ego aūt semp sperabo.liberari de tribulatiōibus p tuū auxiliū. h ¶Et adijciā sup oēm laudē tuā.i.ad laudes q̄s feci tibi sp adijciā alias ſm auxilia q̄ pstabis mihi. i ¶Os meū annūciabit iustitiā tuā.eam ɔfitēs ore: sicut teneo corde.ſm illud ad Rom̄.x. Corde crediť ad iustitiā: ore aūt fit ɔfessio ad salutē. k ¶Qm̄ nō cognoui. Hic ɔnr ostendiť hui⁹ pmissionis principiū impletū nō eīm pōt aliq̄s tales laudes excellenter deo soluere nisi habeat noticiā de diuinis: quā noticiā nō habuit dauid p studij exercitationē: sȝ p diuinā infusionem.⁊ hoc est qđ dicitur. Quoniam non cognoui literaturam per doctrinam humanam.quod patet ex hoc ꝙ iuuenis existens fuit deputatus ad custodiam ouium: vt patet.i. Regum.xvi.⁊ inde factus fuit armiger saulis.⁊ inde assumptus ad militiā in bello contra Goliath: vt dictum fuit.i.Reg.xvij. l ¶Introibo in potentias domini.i.ad cognoscendum eius virtutes ⁊ magnificentias p ipsius inspirationem: ideo subditur.

Aliarū ex pte defectionis.

Aīa p vita accipiť

Similitudo i locutione.

Cōfessio est salus animaꝝ. Augu.

m ¶ Deus docuisti me a iuuentute ⁊c.q: iuuenis erat qñ fuit inunct⁹ per samuelē.j.Reg.xvj.⁊ ex tūc sp̄s domini directus est in dauid vt ibidē dr̄.Et cepit pphetare ⁊ p̄s.facere. n ¶ Et vsq3 ⁊c.vixit em̄ dauid vsq3 ad senectutē fm̄ q habet.iij.Reg.j.Et rex dauid senuerat habebatq3 etatis plurimos dies:nec fuit derelictus a dño:nisi ad tempus modicū pp̄ter bersabee ⁊ vrie peccatū. o ¶ Donec annūciē brachiū tuum.i.magnitudinem v̄tutis tue. p ¶ Generationi omni q̄ ventura est.qđ pt3 impletū q: p̄s dauid a tp̄e ipsius generationib⁹ sibi succedētib⁹ resuscitati sunt et vsq3 ad finē mundi recitabuntur fideles. q ¶ Potentiā tuā ⁊c.hoc refert ad illud qđ predicitur.Donec annunciez. r ¶ Usq3 in altissima q̄ fecisti.i.facies. s ¶ Magnalia.q: de misterijs xp̄i q̄ sunt maxima diffusius et clarius scripsit q̄ ceteri pphete:vt dictū fuit in principio hui⁹ libri. t ¶ Deus q̄s similis sit tibi.q.d.nullus q: v̄tus oīs creature distat in infinitū a creatoris v̄tute. v ¶ Quantas ostendisti mihi ⁊c.s.malo pene:qđ dauid fuit i multis tribulationib⁹ ⁊ piculis mortis vt patet ex decursu.j.reg.ij. x ¶ Et conuersus erga me.oculis tue mie. y ¶ Uiuificasti me de piculis mortis eripiēdo. a ¶ Et de abyssis ⁊c.q: dauid frequēter se abscōdit in speluncis ⁊ cauernis terre. de q̄bus postea exibat deo ip̄3 de piculo educēte. b ¶ Multiplicasti ⁊c.me frequēter magnifice liberādo. c ¶ Et cōuersus ⁊c.post aduersitatē psperitatē pferendo.que tūc est magis pceptibilis ⁊ cū maioris cōsolationis. d ¶ Nam ⁊ ego.hic añr reuertit ad ppositū.s.laudes et gratiarū actiones deo pmittēdo dicēs.Nam et ego confitebor tibi confessione laudis. e ¶ In vasis psalmi.hoc est in instrumētis musicis more hebraico quo instrumēta cuiuslibet artis dicunt vasa. Dauid aūt diuinas laudes canebat nō solū voce sed etiam instrumentis musicis vt frequēter apparuit ex p̄dictis:iō subdit. f ¶ Psallā tibi in cythara scūs isrl.i.tibi q̄ es de⁹ scūs ipsi⁹ isrl. g ¶ Exultabūt labia mea cū cātauero tibi.q: magna deuotio mētis redundat etiā ad sensus corpales p delectationē. h ¶ Et aīa mea quā redemisti.i.vita mea quā eripuisti a p̄cedētibus piculis ⁊ redimes a futuris. i ¶ Sed ⁊ lingua mea ⁊c.i.ex meditatione cordis cōfitebit iustitiā tuā. k ¶ Cū cōfusi ⁊ reuersi fuerint ⁊c.qđ cōtingit absalon ⁊ achitophel.⁊ cōplicibus eo4 q̄ q̄rebāt aīa3 dauid. Moraliter pōt exponi p̄s iste de q̄libet fideli existēti i magna tribulatiōe q̄ corā deo narrat picula sibi imminentia perēs ab eis velociter liberari.⁊ pmittens deo deuote ac fideliter regratiari. ¶ Psal.lxxj.

Brachiu3 p virtutē magnitudine accipit.i nullo creatura agitur creatori. magr̄ ex iij.sen.

Timor dauid.

Ad ppositu3 reuertitur.

morabor iustitie tue soli⁹. Deus[m] docuisti me a iuuentute mea:⁊ vsq3 nunc pnunciabo mirabilia tua. Et[n] vsq3 in senectē ⁊ seniū: de⁹ ne derelinq̄s me. Donec[o] annūciē brachiū tuū: gñationi[p] omni q̄ ventura est. Potētia3[q] tuā ⁊ iusticiā tuā de⁹ vsq3[r] in altissima q̄ fecisti magnalia[s] de⁹[t] quis similis sit tibi. Quantas[v] oñdisti mihi tribulatiōes mltas ⁊ malas:⁊[x] conuersus viuificasti[y] me:⁊ et[a] de abyssis terre iterum reduxisti. Multiplicasti[b] megnificētiā tuā:⁊[c] conuersus cōsolatus es me. Nā[d] ⁊ ego cōfitebor tibi in[e] vasis psalmi:psallā[f] tibi in cythara sanct⁹ israel. Exultabūt[g] labia mea cu3 cātauero tibi:⁊[h] aīa mea quā redemisti. Sed[i] et lingua mea tota die meditabitur iusticiā tuā:cū[k] cōfusi ⁊ reuersi fuerint qui querūt mala mihi.

terēt eſcas ⁊c. i. ad ſuſtētamentū vite ipſorū cū deberēt hoc tenere firmiter ex p̄cedētibus ſignis. Legit aūt hoc bis petiuiſſe. ſemel aū datiōnē legis: vt hr̄ Exo. xvj. vbi dixerūt moyſi. Cur induxiſti nos in deſertum iſtud vt occideres oēm multitudinē iſtā fame. Et alias poſt legē datā. vt hr̄ Nume. xj. dicētes. Quis dabit nobis ad veſcendū carnes. Et q̄tū ad iſtud ſcōm ſubdit. t ¶ Et male locuti ſunt de deo. ⁊ modus loquēdi ſubdit cum d̄r. Dixerūt. v ¶ Nunqd deus poterit parare mēſam in deſerto. i. refectionē ſplendidā carnium: q: erāt attediati eſu māne dicentes Nume. xix. Aia noſtra arida eſt. nihil reſpiciūt oculi nři niſi mā. ⁊ ꝙ deus deberet hoc facere arguebant ꝑ ſignū dationis aque de petra dicentes. x ¶ Quoniam percuſſit petram. i. percuti fecit per moyſen. y ¶ Et fluxerunt aque. hoc dicit de prima eductione aque ante dationem legis que tangitur Exodi. xvj. z ¶ Et torrentes inundauerunt quia aque in magna abundantia exierunt vt ſupra dictum eſt. a ¶ Nunquid ⁊ panē poterit dare. ⁊ modo loquendi apparet ꝙ non loquebantur aſſertiue vt fideles. ſed magis dubitatiue ⁊ deum tentantes. Sciendum etiam ꝙ locutio hec non intelligitur de datione manne que preceſſit eductionem aque de petra immediate predictaꝫ quia māna fuit prius data: vt habetur Exo. xvj. ⁊ prima eductio aque de petra poſtea ſubditur Exo. xvij. Sed per petitionem panis hic intelligitur petitio cibi delicati carniū que ponitur Nume. xj. ideo ſubdit. b ¶ Aut parare mēſam populo. i. refectionem ſplendidam ⁊ delicatam. In heb. ⁊ tranſla. hiero. habetur. Aut parare carnem populo ſuo. c ¶ Ideo audiuit. Hic deſcribitur dñi manſuetudo. quia nō ſtatim puniuit eorū ingratitudinē: ſꝫ primo ipleuit eorū petitionē: ⁊ diſtulit penā tpe debito inferēdā ⁊ circa hoc primo ponit dei ordinatio. ſcdo ordinationis executio: ibi. Et mādauit. Circa primū d̄r. Ideo audiuit dñs eorū petitionē nō ꝓpter meritū. ſꝫ ad ſue potētie declarationē. d ¶ Et diſtulit inferre eis penā debitā. e ¶ Et illis accenſus eſt in iacob. i. furor dñi q̄ frequēter in ſcriptura ꝑ ignē deſignat accēſus eſt cōtra populū deſcendentē de iacob: ideo ſubdit. f ¶ Et ira dei. ⁊ ē expoſitio p̄cedētis xbi. Et pro id eſt ira dei aſcēdit in iſrl' ad puniendū ipſum vt videbit infra: ⁊ cā huius ire ſubdit cū d̄r. g ¶ Quia nō crediderūt ⁊c. ex miraculis eni p̄cedētibus debebāt credere firmiter ⁊ ſperare ꝙ de⁹ nō deficeret eis in neceſſarijs. Alr' etiā exponit ab aliquibus. Et ignis accēſus eſt in iacob: de igne q̄ deuorauit extremā partē caſtrorū. Nume. xj. ſꝫ prima expoſitio magis ꝯſonat ordini hiſtorie. h ¶ Et mādauit. Hic pñr deſcribit diuine ordinatiōis executio. ⁊ primo q̄tū ad piā exauditionē. ſcdo q̄tū ad iuſtā punitionē: ibi. Adhuc eſce. Circa primū. primo ponit exauditio petitionis panis cū d̄r. h ¶ Et mādauit nubibus deſup: q: māna data eis ꝑ pane. Exo. xvj. generabatur ſurſum in aere vbi ē loc⁹ nubiū. i ¶ Et ianuas celi. i. aerei. k ¶ Aperuit inq̄tū māna fde deſcēdere fecit: ideo ſubditur. l ¶ Et pluit illis māna. deſcēdebat eni cū rore vt hr̄ Nume. xj. Ros aūt ⁊ pluuia differūt ſolū ſm multitudinē ⁊ paucitatē materie. iō d̄r hic māna deſcēdere ꝑ modū pluuie. m ¶ Et panē celi dedit eis. i. formatū in celo aereo. n ¶ Panē angelorū ⁊c. q: māna formabat ⁊ deſcēdebat miſterio angelico. o ¶ Cibaria miſit ⁊c. q: q̄libet colligebat q̄tū edere poterat. Exo. xvj. Cōſequēter ponit petitiōis carniū exauditio cū d̄r. q ¶ Trāſtulit auſtrū de celo ⁊c. auſter eſt vēt⁹ meridionalis: quē tūc de⁹ fecit ceſſare a flatu ſuo: ⁊ fecit flare aphricū q̄ eſt vētus occidentalis. literalis tñ in verſus meridiē: q: in regione oppoſita caſtris q̄ erant verſus ventū illū erat magna multitudo coturnicū: quas vētus ille trāſportauit vltra mare rubrū ad locū vbi erāt caſtra hebreorū. vt habet Nume. xj. vbi dicit vētus aūt egrediēs a dño arrepta trans mare coturnices detulit ⁊ dimiſit in caſtra: ideo ſubdit. q ¶ Et pluit ſuper eos ſicut puluerē. i. valde abundanter. r ¶ Carnes. nō mortuas ſed viuas: ideo ſubditur. Et pro id eſt. s ¶ Sicut arenam ⁊c. dicit arenā maris ꝓpter abundantiā: q: inde habuerunt ſatis ad comedendū vſq ad menſam

Māna filijs iſrael datū habebat guſtum oīm ciborū et ſignabat ſacrm̄ altaris.

Magnitudinis dñi d̄ſtructio.

Quare deus fuit irat⁹ ꝯ filios iſrl'.

Diuiſe ordinatiōis executio.

De māna

Nume. xj. t ¶ Et ceciderūt ⁊c. ita ꝙ poterāt eas capere ſine aliqua difficultate. v ¶ Et māducauerunt ⁊ ſaturati ⁊c. q: multi tñ comederūt ꝙ vertebant in nauſeā ſm ꝙ d̄r Nume. xj. Donec exeat ꝑ nares vr̄as vertātur in nauſeā. x ¶ Et deſideriū eorū attulit eis. i. abūdātiā carniū ſicut deſiderauerāt. y ¶ Nō ſunt fraudati a deſiderio ſuo: q: cōſecuti ſunt effectū: tñ ad malū ipſorū: vt ſtatim ſubdit. z ¶ Adhuc eſce. h̄ pñr deſcribit executio diuine ordinationis q̄tū ad eorū punitionē: cū d̄r. Adhuc eſce ⁊c. q: nō totū adhuc comederāt: ⁊ ꝓbabile eſt ꝙ ipſi vt plures eorū actu comedebāt qñ dei punitio venit ſup eos: iō ſubdit. a ¶ Et ira dei aſcēdit ſup eos. i. ad puniendūꝫ eos ꝑtātiue: iō ſubdit. b ¶ Et occidit pingues eorū. i. diuites repletos diuitijs. c ¶ Et electos iſrl'. i. fortes ⁊ nobiles. q. d. ſine acceptiōe ꝑſonarū puniuit magnos ⁊ paruos morte repētina: ꝓpter qd̄ locus ille vocatus fuit ſepulchra cōcupiſcētie: q: ibi ſepelierūt pplm̄ qui deſiderauerat carnes. Nume. xj. in fine. d ¶ In oībus. hic pñr oñditur bonitas dei ⁊ ingratitudo ppl'i in his que acciderūt poſt miſſionē explorato de qua hr̄ Nume. xiij. q: exploratores de ſua legatione reuertētes terruerūt pplm̄: ita ꝙ volebant reuerti in egyptū vt hr̄ Nume. xiiij. Caleph aūt filius iephone ⁊ ioſue fili⁹ Nun. ecōtrario confortabant pplm̄ dicētes ꝙ poterant hoſtes debellare: ita faciliter ſicut poterāt comedere panem: ſed ppl's nolebat eis credere ſed magis voluit eos cum Moyſe et Aaron lapidare ⁊ hoc eſt qd̄ d̄r. d ¶ In omnibus his. i. nō obſtātibus predictis dei bñficijs ⁊ punitionibus. e ¶ Peccauerūt adhuc ex nimia ingratitudine. f ¶ Et crediderūt in mirabilibus ei⁹. q: ꝓpter miracula que fecerat educēdo eos de egypto debebāt credere firmiter ꝙ introduceret eos in terrā ꝓmiſſionis valde faciliter: qd̄ fuiſſet niſi eorum malicia impediuiſſet: ideo ſubditur. g ¶ Et defecerūt ⁊c. q: ꝓpter illud peccatū exierūt de egypto. xl. annis ⁊ ſupra ex diuina

arenā maris volatilia pēnata. Et ceciderūt ī medio caſtrorū: circa tabernacula eorū. Et māducauerūt ⁊ ſaturati ſunt nimis: ⁊ deſideriū eorū attulit eis: nō ſunt fraudati a deſiderio ſuo. Adhuc eſce eorū erāt in ore ipſorū: ⁊ ira dei aſcēdit ſup eos. Et occidit pigues eorū: ⁊ electos iſrael impediuit. In oīb⁹ his peccauerūt adhuc: ⁊ nō crediderūt in mirabilibus ei⁹. Et defecerūt in vanitate dies eorū: ⁊ anni eorū cum feſtinatiōe. Cum occideret eos querebāt eū ⁊ reuertebāt ⁊ diluculo veniebāt ad eū Et rememorati ſunt q: de⁹ adiutor eſt eorū: ⁊ deus excelſus redēptor eorū eſt. ⁊ dilexerūt eū ī ore ſuo: ⁊ in lingua ſua mētiti ſunt ei. Cor autē eorū nō erat rectū cum eo: nec fideles habiti ſunt in teſtamēto ei⁹. Ipſe autē eſt miſericors: ⁊ propicius fiet peccatis eorūꝫ: ⁊ nō diſperdet eos. Et abūdauit vt auerteret irā ſuā: et nō accendit omneꝫ irā ſuam. Et recordat⁹ eſt quia caro ſunt ſpiritus vadēs ⁊ nō rediens. Quotiens exacerbauerunt eum in deſerto in iraꝫ cōcitauerūt eū in inaquoſo. Et conuerſi ſunt ⁊ tentauerūt deū ⁊ ſctm̄ iſrl' exacerbauerūt. Nō ſunt recordati man⁹ ei⁹ die qua redemit eos de manu tribulātis. Sicut

De punitiōe filiorū iſrael.

Bonitas dei.

punitiōē illorū q̄ exierunt de egypto.

ſentētia mortui ſunt in deſerto: vt hr̄ Num. xiiij. p̄ter caleph filiū iephone: ⁊ ioſue filiū Nū. ⁊ leuitas q̄ nō fuerūt numerati a. xx. ānis ⁊ ſupra: ſed vno mēſe ⁊ ſupra vt ibidē fuit expoſitū. h ¶ Et anni eorū cum feſtinatione. q: multorū accelerata fuit rebelliōe chore. Nume. xvj. ⁊ per ſerpentes ignitos Num. xxj. ⁊ in peccato beelphegor: pro quo occiſi ſunt. xxiiij. milia hoiꝫ. Num. xxv. i ¶ Cuꝫ occiderit ⁊c. nō eſt intelligēdū de eiſdē hoibus in numero: ſed de diuerſis eiuſdē tamē ppl'i: cū deus interficeret aliq̄s ſubito. alij timebāt et miaꝫ a deo petebāt. k ¶ Et rememorati ſunt ⁊c. pugnās ꝑ eis ꝯtra exercitū pharaōis. vñ dixerūt. fugiam⁹ iſraelē. dñs pugnat ꝑ eis ꝯtra nos. Exo. xiiij. ⁊ ſimil'r ꝯtra amalech ſm ꝙ d̄r Exo. xvij. Cūq leuaret moyſes man⁹ vincebat iſrael. l ¶ Et de⁹ excelſus redēptor eorū eſt: de captiuitate egypti. Sꝫ iſta reuerſio ad deuꝫ ſaltē q̄tū ad multos nō erat ex amore iuſtitie: ſed timore pene: iō ſubdit. m ¶ Et dilexerūt eū in ore ſuo. q: in exteriorib⁹ xbis p̄tēderūt ſigna diuine dilectionis. n ¶ Et in lingua ſua mētiti ſunt ei q: ſic nō habebāt in mēte ꝓut p̄tēdebāt ore: iō ſequit. o ¶ Cor aūt eorū nō erat rectū cū eo. ꝑ verā dilectionē. p ¶ Nec fideles habiti ſunt in teſtō ei⁹. i. in p̄ceptis legis: que d̄r teſtm̄ ꝑ debitā impletionē in opatione. q ¶ Ipſe aūt eſt miſericors. q: eius ꝓpriū eſt miſereri ⁊ parcere. r ¶ Et ꝓpiti⁹ fiet peccatis eorū puniēs eos citra cōdignū. s ¶ Et nō diſperdet eos. totaliter dolēdo ſicut meruerant. t ¶ Et abūdauit vt auerteret irā ſuā. i. effectū vindicte ſue quē auertit ꝑ parte iō ſequit. v ¶ Et nō accendit ⁊c. i. vindictā: ſed ſolū partē eius: cuius cā ſubdit ex parte fragilitatis hūane: cū d̄r. x ¶ Et recordat⁹ eſt. i. ad modū recordātis ſe habuit: q: obliuio in deū nō cadit. y ¶ Quia caro ſūt. i. fragiles ⁊ ꝓni ad caſū ꝑ formitatē ex carne ꝓcedētē: ꝓpter qd̄ etiā pctm̄ hoīs remediabile eſt nō aūt angeli. qui carnē ⁊ oſſa nō habēt. z ¶ Spūs vadēs ⁊ nō rediēs. i. tēdens ad mortē ꝑ ſeparationē a corpore nō q: ſpūs hoīs moriat q̄ eſt incorruptibilis ſed q: hō cōpoſit⁹ ex corpore ⁊ ſpū moritur. Et non rediens quia ſpiritus ſeparat⁹ a corpore ad ipſum nō redit virtute nature. a ¶ Quotiēs. poſtꝙ deſcripſit ingratitudinē populi q̄tū ad ei⁹ magnitudinē. Hic pñr deſcribit eā q̄tū ad multitudinē. ⁊ primo ꝯmittēdo. ſcdo omittēdo: ibi. Nō ſunt recordati. circa primū di. a ¶ Quotiēs exacerbauerūt ⁊c. ſua pctā multipl'r reiterātes. quaſi dicat multotiēs. vñ dixit dñs Num. xiiij. Tētauerūt me iam ꝑ decem vices. tamē dicit illud anno. ij. egreſſionis de egypto a cuius egreſſu vſq ad ingreſſum terre ꝓmiſſionis fluxerūt quadraginta anni eū o patet x q ꝙ in reſiduo tēpore. xxxviij annorū multis vicibus offenderunt eum nec omnes offenſiones ſunt ſcripte: ideo ſubdit. b ¶ Et ꝯuerſi ſunt. ad mala preterita. c ¶ Et tētauerūt ⁊c. ⁊ ꝑ id eſt: id eſt deū ſanctificātē iſrael. d ¶ Exacerbauerūt. qui de ſua natura dulciſſim⁹ eſt. e ¶ Nō ſunt recordati. hic oſtēdit ꝓpoſitū ex omiſſiōe: q: tenebāt recordari beneficia eis preſtita in egypto qd̄ omittebant ex ſua ingratitudine ⁊ hoc eſt qd̄ dicitur. Non ſunt recordati ⁊c. i. poteſtatis diuine die qua redemit eos de manu tribulantis. i. pharaonis quem ſubmerſit in mare cum ſuo exercitu pro liberatione populi ſui. f ¶ Sicut poſuit in egypto ſigna ſua, id eſt decem plagas quibus percuſſit egyptum.

Reuerſio filiorūꝫ iſrael ad deū ꝓpter morē pene facta fuit.

Expō iſti⁹ l're ſpūs vadēs ⁊ nō rediens.

g ❡ Et prodigia sua ⁊c. istud est supra expositū. h ❡ Et conuertit ⁊c. vt hr̄ Exō. vij. i ❡ Misit in eos symoniā. i. muscā caninā. ista fuit plaga quarta egypti. de qua dicit̄ Exo. viij. Immittā in te ⁊ in seruos tuos ⁊ in populū tuū ⁊ in domos tuas omne genus muscaꝝ: ⁊ sic inter illas fuerunt musce canine que hic singulariter exprimunt̄ eo ꝙ fuerāt alijs grauiores. k ❡ Et ranā ⁊c. plaga ranarum fuit secunda de qua habetur Exo. viij. in prin. ⁊ ponit̄ hic singulare pro plurali. Ranā. i. ranas ⁊ idem dicendum de simonia.

posuit in egypto signa sua: ⁊[g] pdigia sua i cāpo thaneos. Et[h] conuertit in sanguinē flumina eoꝝ: ⁊ imbres eoꝝ ne biberēt. Misit[i] in eos symoniā ⁊ comedit eos ⁊[k] ranā ⁊ dispdidit eos. Et[l] dedit erugini fructus eoꝝ: ⁊[m] labores eoꝝ locuste[n]. Et[o] occidit i grādine vineas eoꝝ ⁊[p] moros eoꝝ in pruina. Et[q] tradidit grādini iumēta eoꝝ ⁊[r] possessiōes eoꝝ igni. Misit[s] i eos irā idignatiōis sue: idignationē ⁊ irā ⁊ tribulationē: imissiōes[t] p angelos malos. Viā[v] fecit semite ire sue nō pepercit[x] a morte aiarū eoꝝ: ⁊[y] iumēta eoꝝ i morte conclusit. Et[z] pcussit oē pmogenitū in terra egypti: pmitias[a] oīs laboꝝ eoꝝ i tabernaclis chā. Et[b] abstulit sicut oues populū suū ⁊[c] pduxit eos tanꝙ gregē i deserto. Et[d] deduxit eos i spe ⁊[e] nō timuerūt ⁊ inimicos eoꝝ opuit mare. Et[f] iduxit eos i mōtē sanctificationis sue: mōtē[g] quē acq̄siuit dextera ei⁹. Et[h] eiecit a facie eoꝝ gētes ⁊[i] sorte diuisit eis terrā i funiculo distributiōis. Et[k] habitare fecit in tabernaculis eoꝝ trib⁹ isrl'. Et[l] tētauerunt ⁊[m] exacerbauerunt deū excelsuꝫ[n] ⁊[o] testimonia ei⁹ nō custodierūt. Et[p] auerterūt se: ⁊[q] nō seruauerūt pactuꝫ queadmoduꝫ[r] patres eoꝝ ꝯuersi[s] sunt in arcum prauum. In[t] irā ꝯcitauerūt eū i collib⁹ suis: ⁊[u] in sculptilib⁹ suis ad emulationē euꝫ prouocauerunt. Audiuit[x] de⁹ ⁊[y] spreuit: ⁊[z] ad nihiluꝫ redigit valde israel. Et[a] repulit tabernaculū sylo tabernaculum suuꝫ vbi habitauit in hominib⁹. Et[b] tradidit in captiuitatē virtutē eoꝝ: ⁊[c] pulchri-

l ❡ Et dedit erugini. vento vrenti qui corrumpit segetes: de ista erugine nō fit mentio in Exod. q: solūmodo ponunt̄ ibi plage notabiles: cum quibus fuerunt alie que nō sunt ibi scripte. sicut dicitur hic de erugine ⁊ sequenti versu de pruina. m ❡ Et labores eorum. i. fructus per laborē eoꝝ pductos. n ❡ Locuste. i. locustis. ista fuit plaga. viij. de qua hr̄ Exo. x. o ❡ Et occidit ⁊c. ista fuit plaga. vij. de qua habetur Exod. ix. p ❡ Et moros eoꝝ in pruina. in trāsla. hiero habet in frigore folia moroꝝ corrūpente. q ❡ Et tradidit grandini iumēta eoꝝ: q: animalia tunc in cāpis exn̄tia ex manitudine grandinis fuerūt interfecta vt ibidē habet̄. r ❡ Et possessiones ⁊c. q: grādo ⁊ ignis mixta pariter ferebātur: vt ibidē hr̄. s ❡ Misit in eos iram indignationis sue. i. effectum ire sue ⁊ indignationes per plagas dictas ⁊ sequētes t ❡ Immissiōes ⁊c. hoc dr̄ ad ostēdēdum ꝙ angeli mali fuerūt executores diuine iusticie i psecutionib⁹ egypti. tn̄ aliq̄ boni angeli aliqn̄ fuit executores in talib⁹ sicut dictū fuit pleni⁹. Exo. xij. v ❡ Viā fecit semite ire sue q: puniēdo egyptios decliuabāt ab hebreis. x ❡ Nō pepercit ⁊c. indifferēter pcutiēs magnos sicut ⁊ paruos. y ❡ Et iumēta eoꝝ ⁊c. Ista fuit q̄nta plaga qua pcussit aīalia in cāpis pestilentia vt habetur. Exo. ix. in prin. z ❡ Et percussit omne pmogenituꝫ ⁊c. ista fuit decima plaga. de qua hr̄ exo. xij. in medio. ⁊c. a ❡ Primitias oīs laboris eoꝝ in tabernaculis chā. i. i tabernaculis egyptioꝝ descendētium a chan: q: mesrain fuit filius chā. vt hr̄ Geñ. x. ab isto aūt mesrain denominata est egyptus: q: ibi denominat⁹ fuit vn̄ in toto veteri testamēto. vbi i nr̄a trāslatiōe ponit̄ egypt⁹ in heb. hr̄ mesrain. b ❡ Et abstu. ⁊c. s. ppl'ꝫ isrl' diligēter custodiēdo sicut pastor custodit oues. c ❡ Et pduxit eos ⁊c. vbi pauit eos pane celesti: vt pdictū ē. d ❡ Et deduxit eos spe pueniēdi i terrā pmissaꝫ. e ❡ Et nō timuerūt. lꝫ enī timuerūt sup mare videtes exercitū egyptioꝝ appropinquātē eis tn̄ moyse eos assecurāte secuti sunt eū p mare: ita ꝙ timor ille nō fuit tātus ꝙ impediret eos a sequela moysi. f ❡ Et induxit. hic cōsequēter ostēditur bonitas dei ⁊ magnitudo populi post igressuꝫ terre pmissionis: ⁊ diuidit̄ in tres partes: q: pmo describit̄ dei bonitas: scdo populi malignitas. ibi. Et tētauerūt. tertio pene acerbitas ibi: audiuit de⁹. Circa primuꝫ dicitur. f ❡ Et ind. ⁊c. i. in hierusalē q̄ est metropolis iudee in qua edificatū fuit tēplum in monte moria. ij. para. g ❡ Montē quē ⁊c. q: fuit acquisitus magis virtute diuina ꝙ humana. h ❡ Et eiecit a facie eoꝝ gētes id est chananeos ⁊ alios ibi habitātes vt diffuse tradit̄ in lib. iosue. i ❡ Et sorte diuisit ⁊c. de qua diuisione hr̄ iosue. xiij. c. vsq; ad. xvij. c. inclusiue. k ❡ Et habitare fecit in ta. ⁊c. i. in domib⁹ ⁊ villis a gentib⁹ edificatis. l ❡ Et tētauerūt. Hic pn̄r ponit̄ ppl'i malignitas exercēdo pctā antiqua prm̄ suoꝝ cū dr̄. Et tētauerūt diffidētes de diuina ṽtute. m ❡ Et exacerbauerūt puocātes ad irā. n ❡ Deū excelsum. i. mitissimū. o ❡ Et testionia ⁊c. i. legis pcepta. p ❡ Et auerterūt se sciēt̄ recedētes a diuina suitute. q ❡ Et nō seruauerūt pactū. i. legē quā pepigerāt obsuare dicētes Exo. xxiiij. Oia q̄ locut⁹ ē dn̄s faciem⁹ ⁊ erim⁹ obediētes r ❡ Queadmodū pres eoꝝ q: adorauerūt vitulū ⁊ multiplr̄ offēderūt deū i deserto. s ❡ Cōuersi sunt ⁊c. p prōptitudinē ad male agēdū sicut arc⁹ cum impetu emittit sagittas. ❡ In irā ⁊c. Circa ꝙ sciēdū ꝙ anteꝙ poneret̄ archa dn̄i in sylo post destructionē sylo vsq; ad edificationē tēpli salomōis licitū fuit heb. offerre oblatiōes: ⁊ sacrificia votiua alibi ꝙ vbi erat archa: q: illis tēporib⁹ archa nō habuit stabilē mansionē scꝫ ꝙdiu fuit in sylo ⁊ in tēplo salomonis nō fuit hoc licitū. sicut pleni⁹ dictū fuit Deut. xij. post edificationem aūt tēpli isti imolabāt i excelsis deo ꝙ erat illicitū nisi ex dispēsatiōe spāli: sicut helias obtulit sacrificium in mōte carmeli. iij regū. xviij. ⁊ nō solū immolabāt in collib⁹ deo. sed et demonib⁹ in idolis qd̄ erat grauissimū. iō subdit̄. v ❡ Et i scu. ⁊c. i. ad vindictā eū puocauerūt. x ❡ Audiuit. hic describit̄ pene acerbitas ⁊ cū dr̄. Audiuit de⁹ pdictā populi neq̄tiā. y ❡ Et spreuit eū propter suā neq̄tiā vel malitiā. z ❡ Et ad ⁊c. tradēs eū post mortē Josue dure suituti alioꝝ pploꝝ eo ꝙ declinauerat ad idolatriaꝫ vt pꝫ ex decur. lib. iud. ⁊. j. reg. a ❡ Et repu. ⁊c. q: capta archa dn̄i que fuerat in sylo vt hr̄. j. reg. iiij. ciuitas sylo fuit destructa. b ❡ Et tradidit ⁊c tera. quia philistei fortes populi eos occiderunt ⁊ captiuauerunt. c ❡ Et pulchritu-

Depunitione filioꝝ israel.

De angel'

A q̄ denominatur egyptus.

Bonitas dī ⁊ magnitudo popli ppl'i malignus.

de archa.

dinē ⁊c. i. archam testi. que erat gloria populi israel ꝙ ceperūt philistīm ꝓpter qd̄ vxor finees moriēs dixit pmi reg. iiij. translata est gloria de israel q: capta est archa dei. d ❡ Et cōclusit in gladio populū suum i. philistinoꝝ. e ❡ Et hereditatē suā: terrā israel. f ❡ Spreuit: intātū enī erāt spreti sub seruitute philistinoꝝ. ꝙ faber ferrarius nō inueniebat̄ in israel ne heb. ibi facerēt gladiū aut lanceā. j. reg. xiij. g ❡ Iuuenes eoꝝ comedit ignis: accensus per philisteos. h ❡ Et virgines eoꝝ nō sunt lamētate q: quelibet q̄rebat

tudinē eoꝝ i man⁹ inimici. Et[d] cōclusit i gladio populū suū: ⁊[e] hereditatē suā spreuit[f] Iuuenes[g] eoꝝ comedit ignis ⁊[h] vgies eoꝝ nō sūt lamētate. Sacerdotes[i] eoꝝ i gladio ceciderūt: ⁊[k] vidue eoꝝ nō plorabāt. Et[l] excitat⁹ est tanꝙ dormiēs dn̄s tanꝙ potens[m] crapulatus a vino. Et[n] percussit inimicos suos in posteriora opprobrium[o] sempiternū dedit illis. Et[p] repulit tabernaculum ioseph: ⁊[q] tribum effrem nō elegit. Sed[r] elegit tribuꝫ iuda: montem[s] syon quē dilexit. Et[t] edificauit sicut vnicornis[u] sanctificiū suū in terra[x] quam fundauit in secula. Et[y] elegit dauid seruū suum ⁊[z] sustulit eum de gregib⁹ ouium: de[a] post fetantes accepit eum. Pascere[b] iacob seruū suum ⁊[c] israel hereditatē suā. Et[d] pauit eos in innocētia[e] cordis sui: ⁊[f] in intellectib⁹ manuū suarū deduxit[g] eos.

locū fugiēdi dimittēdo occisos insepultos ⁊ ilamētatos. i ❡ Sacerdotes eoꝝ ⁊c. s. ophni ⁊ finees. j. reg. iiij. k ❡ Et vidue eoꝝ nō plorabāt. eadē ratione qua dictū fuit de virginib⁹. l ❡ Et excitat⁹ est. Hic cōsequēter ponitur diuina cōsolatio cū dr̄. Excitat⁹ est tanꝙ dormiēs dn̄s ꝙdiu dimisit populū affligi videbatur quasi dormiēs. m ❡ Et tanꝙ potēs. sic debet scribi q: in heb. ⁊ in transla. hie. hr̄ quasi fortis crapulat⁹ a vino. ille enī qui fortis est robore qn̄ sopit⁹ est a vino nō pōt vti sua fortitudine ⁊ sic videbat̄ multi de populo dei ipō deo ꝙdiu fuerūt in tāta afflictiōe. sed tūc visus fuit eis quasi excitatus qn̄ cepit eos iuuare ⁊ aduersarios pcutere. iō subdit̄. n ❡ Et percussit inimicos suos in posteriora. q: pcussit philisteos in secretiori parte natiū. j. reg. v. ⁊ cōputrescebāt pminētes extales eoꝝ vt ibidē hr̄. o ❡ Opprobriū sempiternū dedit illis: q: coacti fuerūt remittere archā ad terrā israel vt plaga turpis ⁊ vituperabilis ab oīb⁹ cognosceret̄ q: cū archa remiserūt agnos aureos recognoscentes plagā suā vilē: q: etiam hoc factū redactū est in sacra scriptura quousq; hodie vbiq; diuulgat̄. o ❡ Et repulit. Hic ponit̄ intenta cōclusio in hoc ps. ꝙ dignitas regia ptinet ad dauid ⁊ ei⁹ posteritatē ex diuina electione ⁊ nō ad tribū effraim ⁊ hoc est qd̄ dr̄: Et repulit tabernaculū ioseph. i. ciuitatē sylo in quo reposita fuit archa in tabernaculo iosue. xviij. Et dicit̄ tabernaculū ioseph eo qd̄ sylo erat i sorte effraim filij ioseph. p ❡ Et tribū effrē nō elegit. i. effraim scꝫ ad regiā dignitatē. Hieroboā enī de tribu effraim q̄ regnauit sup decē trib⁹ nō regnauit ex diuina electiōe sed vsurpatiue ex ppl'i rebellione ꝯtra filiū salomonis vt hr̄. iij. Reg. xij. r ❡ Sed elegit tribū iuda. p dignitate regia. s ❡ Mōtē syō quē dilexit. i. elegit ad suū cultū: q: altare de mādato ei⁹ fuit ibi edificatū p dauid. ij. reg. xxiiij. ⁊ postea ibidē fuit edificatū tēplū p salomonē. ij. paral'. iij. ideo subdit̄. t ❡ Et edificauit. i. edificari fecit. v ❡ Sicut vnicornis sanctificiū suū. i. sanctū edificiū suo noī deputatū Et dixit sicut vnicornis q: sicut vnicornis nō pmittit aliō aīal ad latibulū suū accedere: sic de⁹ prohibuit oēꝫ alienigenā a sacerdotibus sibi cōsecratis intra tēplū ministrare fm̄ qd̄ scribit̄ Nume. iij. Extern⁹ q̄ accesserit ad ministrādū morte moriat̄. vnde ⁊ ozias rex q̄ voluit thurificare ibi statim fuit lepra pcussus sicut hr̄. j. paral'. xxvj. x ❡ In terrā quā fundauit in seculo. i. in iudea quā fūdauit p cultu suo ⁊ regali solio stabiliter q̄tū fuit ex parte sua: ⁊ ita fuisset nisi pctā ppl'i israel ipediuisset. y ❡ Et elegit dauid ⁊c. in tribu iuda ⁊ iter filios isay q̄uis esset minor. z ❡ Et sustulit eū de gregib⁹ ouiū. pascebat enī actualit̄ gregē qn̄ fuit vocat⁹ vt samuel vngeret eū i regē. j. reg. xvj. a ❡ De post ferātes. i. post oues fetas vn̄ trāsla. hiero. hꝫ. Sequētē fet⁹ adduxit eū id est oues habētes fet⁹. b ❡ Pascere iacob suū suū. i. populū israel descēdentem de iacob ⁊ sic de pastore ouiū fact⁹ est pastor fideliū. c ❡ Et israel hereditatē suā: vocat̄ aūt popul⁹ israel hereditas dn̄i eo qd̄ fuit specialiter a deo elect⁹: ⁊ p talē modū loquit̄ moyses. Deut. xxxij. Pars aūt dn̄i popul⁹ ei⁹ iacob funicul⁹ hereditatis ei⁹. d ❡ Et pauit eos. i. gubernauit. e ❡ In inocētia cordis sui. i. in puritate cōsciētie. f ❡ Et intellectib⁹ manuū suaꝝ. i. prudēter se habēs in opib⁹ suis fm̄ ꝙ dr̄. j. reg. xviij. In oib⁹ ꝙ vijs suis prudēter agebat dauid. g ❡ Deduxit eos vn̄. ij. reg. v. Dixerūt enī filij israel cū esset saul rex sup nos tu eras educens ⁊ reducēs israel. Mistice exponit̄ ps. iste de regno xpī cui⁹ figura fuit regnū dauid: ꝓpter qd̄ in hoc ps. primo excitat attētionē iudeoꝝ tāꝙ ad misteriū excellētissimū. scdo ostēdit bonitatē xpī ⁊ igratitudinē iudeoꝝ ab illo loco Quāta audiuim⁹ vsq; ibi. Et repulit tabernaculū ioseph oia enī beneficia ibi narrata cōtulit christ⁹ inq̄tū de⁹ ipsis iudeis. vn̄ dicit̄ in heb. xiij. Jesus xp̄s heri ⁊ hodie ipse ⁊ in secula: ⁊ lꝫ in hoc ps. arguat̄ ingratitudo iudeoꝝ generaliter tamē ingratitudo sacerdotū specialiter q̄ p ephraim designant̄ q: sicut ephraim in benedictiōe iacob fuit p posit⁹ manasse: sic sacerdotes precellebāt populū ex sua cōsecratione ⁊ isti fuerūt magis ingrati deo xp̄o q: mortē ei⁹ pcurauerūt ⁊ regnū iude qd̄ quodā speciali modo dicebat̄ regnū xpī voluerūt vsurpare rebellātes romanis vt dicit Josephus libro de iudaico bello. Ultimo asaph ab illo loco Et repulit taberbaculū ioseph ⁊ vsq; ad finē psalmi describit dilationē regni xpī ⁊c. ecclesie profectū sicut impletū videmus per orbē terrarum.

Diuina conso.

Cōclusio

Quid faciebat dd̄ qn̄ rex vocatus.

Mistica expositio

❡ Psalmus.lxxviij.

Deus venerūt gentes ⁊c. huic psal. premittitur talis tit. in heb. psal. asaph. ⁊ in transla. hiero. Canticū asaph. in hoc author apparet hui⁹ psal. De materia vero huius dicunt aliq̄ expositores nostri ꝙ loquit̄ de psecutiōe iudeoꝝ sub antiocho rege q̄ polluit tēplum ponendo ibi abhominādū idolū: ⁊ pplm̄ israel occidit q̄ nolebat trāsire ad gētilē ritū: vt hr̄ diffuse. j. ⁊. ij. Mach. Sꝫ huic expositioni nō ꝯsonat qd̄ dr̄ in pn̄. psal. posuerūt hierl'ꝫ in pomoꝝ custodiā. loco cui⁹ in heb. ponit̄ posuerūt hierl'ꝫ in aceruū. Et i transla. hiero. In aceruis lapidū p qd̄ manifeste exprimit̄ destructio ciuitatis ⁊ tēpli: qd̄ nō fecit antiochus: sed polluit tēplum ponendo ibi idolum: vt predictuꝫ est. ꝓpter qd̄ melius dicitur ꝙ psal. iste loquitur de destuctione ciuitatis ⁊

Asaph autor isti⁹ psi

Universidad de D...
Biblioteca

templi facta per nabuchodonosor regē babylonie:vt habet.iiij.reg.vlti. Et de reparatione per cyrū regem persarum qui dedit licentiam reedificandi tēplum.j.Esd.j.igit ſm hunc sensum psal. iste diuidit in duas partes:q: primo ponitur ps.lamentatio pro dicta destructiōe.secūdo eius deprecatio pro reparatione:ibi. Effunde iram tuam tertio ipsius consolatio p eruditione.ibi nos aūt.Circa primum dicitur lamentando. a ¶Deus venerūt gētes.i.babylonij qui erant gentiles. b ¶In hereditatem tuā.i.iudeam que dicebat dei hereditas:eo q eam filijs israel dedit et q: in ea fides τ cultus dei viguit vt dictū est supra psal.lxxv. Notus in iudea deus. c ¶Polluerunt templū τc.ipsum destruendo τ vasa diuini cultus asportando : τ humanis vsibus applicando. Dan.v. d ¶Posuerunt hierusalē in pomorū custodiam.Custodes enī pomorū faciunt magnū aceruū lapidum:vt desuper ascēdentes videant per totū pomeriū: τ sic ista translatio redit in idem cū transla. hiero. τ litera hebraica: vt pz per predicta. e ¶Posuerūt morticinia.i.corpora mortificata vñ transla.hiero.habet. Dederūt cadauera seruorum tuorum:q: indifferēter cū alijs occidebāt leuitas τ sacerdotes diuinis misterijs intēdētes. f ¶Escas volatilibus celi q: sup terrā remāserūt isepulta. g ¶Carnes sanctorū tuorū q: indifferēter occidebāt iustos τ peccatores exceptis paucis a deo reseruatis. h ¶Effuderūt sanguinē τc.ex dictis pz sententia. i ¶Facti sumus opprobriū vicinis nostris q: philistei τ alij i circuitu iudee habitantes faciebāt de iudeis suas derisiões subsannatio est modus derisionis dict a rugatione nasi. k ¶Usquequo dñe irasceris in finem.tenēdo populū tuū in afflictione τ captiuitate tācōtinue τ plixe. l ¶Accendet velut ignis zelus tuus : ita q nō extingat nec mitiget τ loquit psal. in psona ppli i captiuitatē ducti sicut puidebat. m ¶Effunde.hic pñr ponit psal.depcatio τ pmo implorat diuinā iustitiā 3 hostes.scdo eius misericordiā erga ciues : ibi. Ne meminer. Circa primū dr. m ¶Effunde irā tuā.i.effectū iustitie tue p vindictam. n ¶In gētes q te nō nouerūt q: nō habebāt fidē vnius veri dei:sz erāt idololatre pessimi colētes idolū belis:τ etiā drachonē. Dan. xiiij. o ¶Et in reg.q: sub rege babylonis multa regna erāt subiecta. p ¶Que nomē tuū nō inuocauerūt: q: nō habebāt eius fidē propter qd dicit apostolus Roma.x. Quomodo inuocabunt eū in quē nō crediderūt. q ¶Quia comederūt iacob.i.populū descēdentē de iacob quē dicūtur comedisse:eo q bona eius diripuerunt:τ populū in magna parte occiderunt τ captiuauerunt sicut tyrānus dicitur comedere subditos suos. r ¶Et locum eius desolauerunt:q: ciuitates iude depopulaueri sūt τ destruxerunt. s ¶Ne memineris. Hic cōsequēter implorat dei misericordiā erga ciues dī. Ne memine.iniqui.no.anti.i. ab antiquo a patribus nostris inceptarum:vt patet in processu libri iude. t ¶Cito anticipent τc.cuius anticipationis causā subdit. v ¶Q: pauperes facti τc.i.spoliati τ afflicti.ideo anticipēt nos misericordie tue ne ex nimia tristitia absorbeamur per impatiētiā seu desperationē : τ loquit asaph in persona populi infirmi cuius captiuitatē futurā preuidebat. x ¶Adiuua nos τc.qui saluasti nos de egypto τ in alijs periculis preteritis: τ in hoc allegat diuina magnificētia. modus ē magnifici libēter audire bona q cōtulit:vt habet.iiij.ethi. y ¶Et ppter gloriā nominis tui τc.q.d.q: tu nominaris deus noster τ nos populus tuus.ideo nostra tribulatio ptinet ad gloriā nominis tui. z ¶Et ppicius esto peccatis nostris ppter nomē tuū.i. ppter tuā bonitatem nō ppter nostrā iustitiā. a ¶Ne forte dicāt in gētibus.i. inter gentiles. b ¶Ubi est deus eorū.q.d.nullius momenti τ virtutis est.ex quo nō saluauit populū suū. Sic enī loquebant babylonij τ alij gētiles de deo iudeorū. c ¶Ut innotescat in nationibus corā oculis nostris vltio sanguinis seruorū tuorū qui effusus est.hic determinatur versus in heb.τ in transla.hiero.τ est sensus. Ultio sanguinis seruorū tuorū τc.qui effusus est a babylonijs innotescat in nationibus:ita q oēs nationes sciāt corā oculis nostris.ita scz q nos etiā videamus ad laudē tue iustitie sicut factum fuit de amā τ filij eius qui totā gētem iudeorū machinabat exterminare:τ videntibus iudeis fuit suspensus cum filijs suis in patibulo. Hester.vij. d ¶Introeat in conspectu τc.vt a vinculis τ carceribus absoluat. e ¶Secundum multitudinē brachij tui.i.fortitudinis tue.que per brachium designat. f ¶Posside filios mortificatorū.i.morti propinquorū ex nimia afflictione vnde trāsla.hiero.habet Filios interitus. filij aūt interitus dicūtur filij qui sunt dispositi ad interitū:sicut filij mortis qui sunt digni morte ſm modū loquendi scripture. g ¶Et redde vicinis nostris scz philisteis τ alijs nationibus in circuitu iude positis. h ¶Septuplū in sinu eorū.i.vindictā pfectā q septenario designat cuius causa subdit. i ¶Improperiū ipsorū τc.captiuitatē enim iudeorū attribuebāt impotētie diuine τ sic iustū erat q talis blasphemia puniret. k ¶Nos aūt.hic vltio ponit grāsactio p depcatiōis

ps diuisio. Destructio tēpli a babylonijs. Quid sit susanna. Metha phorica locutio. Me dei iploratio. Sensus litere et vltio sanguinis. Qui dicūtur filij iteritus. Gratiarū actio.

¶Canticū asaph. Psalmus.lxxviij.

DEus [a] venerunt gentes in hereditatē [b] tuā:polluerunt [c] templum sanctū tuū posuerunt [d] hierusalem in pomorū custodiam. Posuerunt [e] morticinia seruorū tuorū escas [f] volatilibus celi carnes [g] sanctorū tuorum bestijs terre. Effuderūt [h] sanguinē ipsorū tanq aquā in circuitu hierusalē:τ nō erat q sepeliret. Facti [i] sumus opprobrium vicinis nrīs:subsannatio τ elusio his q in circuitu nostro sunt. Usquequo [k] dñe irasceris i finē:accēdetur [l] velut ignis zelus tuus. Effunde [m] irā tuā in gētes [n] que te nō nouerūt τ [o] in regna que [p] nomē tuum nō inuocauerūt. Quia [q] cōmederūt iacob:τ [r] locū eius desolauerūt. Ne [s] memineris iniquitatū nostrarū antiquarum : cito [t] anticipēt nos mie tue q: [u] pauperes facti sumus nimis. Adiuua [x] nos deus salutaris noster:τ [y] ppter gloriā nominis tui dñe libera nos:τ [z] ppicius esto peccatis nostris ppter nomē tuū. Ne [a] forte dicant in gentibus vbi [b] est deus eorū:τ innotescat [c] in nationibus corā oculis nostris. Ultio sanguinis seruorū tuorum qui effusus est introeat [d] in cōspectu tuo gemitus cōpeditorū. Scdm magnitudinē [e] brachij tui posside [f] filios mortificatorū. Et [g] redde vicinis nrīs septuplū [h] i sinu eorū [i] improperiū ipsorū qd exprobrauerūt tibi dñe. Nos [k] autem populus tuus et [l] oues pascue tue:confitebimur [m] tibi in seculum. In [n] generatione et generationē annunciabimus laudem [o] tuam.

exauditione quā vidit asaph futurā:τ iungit secū populo tpe liberationis future eo q erat de eadem lege dicens. Nos aūt populus tuus.cui in monte synai legem dedisti. l ¶Et oues pascue tue.quia manna celesti nos pauisti. m ¶Cōfitebimur tibi in seculum confessione laudis pro liberatione nostra. τ nō solū semel:sed futuris temporibus:ideo subditur. n ¶In generatione τ generationem.id est in generationibus sibi succedētibus o ¶Annunciabimus laudem tuam qd vidimus impletū eo q psal.iste recolitur:vt sit oratio ecclesie in generationibus sibi succedētibus ad magnificationē laudis diuine Moraliter potest exponi psal.iste vt sit oratio ecclesie cōtra infideles ecclesias τ sancta loca pphanātes et occidētes populum christianum τ eius terram destruentes:propter qd ecclesia in principio huius psal.hanc deuastationem lamētatur τ secūdo deuote et humiliter pro restauratione deprecatur ibi. Effunde τc.implorando dei iustitiam cōtra infideles:τ eius misericordiam.erga fideles τ vltimo regratiatur in spe exauditiōis:ibi. Nos autem.

Moralis expositio. q̄d sit sosanym. de ma.pi. Erronea expositio.

¶Ad victoriam super lilia testimonium asaph. Psalmus.lxxix.

QUi [a] regis israel intēde:q [b] deducis velut [c] ouē ioseph. Qui [d] sedes sup cherubī: manifestare [e] corā ephraī bēiamī τ manasse.

¶Psalmus.lxxix.

QUi regis israel intēde. Huic psal.premittitur talis ti.in heb. Ad victoriā sup sosanym testimonium asaph.ps.a. Circa qd sciēdum q sosanym ſm heb.modernos significat rosas in plurali: ſm vero hiero.significat lilia:τ dicit melius vt credo:ſm q dici plenius supra in ti.psal. xliiij. tamē per hoc nō mutatur sñia:q: idē hic intelligitur per rosas τ lilia eodē modo quo dictum fuit psal.xliiij. Dicit igit rab.sa.q p lilia intelligūtur filij israel:ad hoc inducēs illud Canticorum.ij. Sicut lilium inter spinas:sic amica mea inter filias:qd exponit de synagoga seu de populo israel: lilia igitur ista post tempus asaph fuerūt in tribus notabilibus persecutionibus designatis p spinas:scz p babylonios:τ p antiochū illustrem:τ per romanos in qua sunt modo.a prima aūt psecutione fuerūt liberati per cyrū qui dedit eis libertatē redeūdi ad terrā suā deo hoc illi inspirāte.j.Esdre.j.a secūda per machabeos τ a tertia expectāt iudei liberari p messiam futurū:τ ppter hoc in hoc psal. ter dicitur Conuerte nos scz de luctu ad cōsolationem put ipse rab.sa.dicit scz qrto versu τ octauo τ vlti. Et ad hūc sensum adaptat literā huius psalmi prout pōt. Sed hec expositio est erronea qtum ad hoc q dicit xpm venturū: q: loquit de primo eius aduentu qui iā trāsiuit in preteritum prout diffuse declaraui in quadā questione de quolibet per scripturas veteris testa. Item in aliquibus valde extorte exponit literā que habet infra. Fiat manus tua sup virum dextere tue τ sup filium hominis quā confirmasti tibi quā exponit de esau per quā intelligit imperium romanum vel potius populū catholicū romane ecclesie subiectū dicit sic. Fiat manus tua.i.vindicta tua sup virū dextere tue.i.sup esau qui est vir stans.scz vt signū ad sagittā.vt faciāt vindictā dextera tua:de ipso patet q ista expositio est extorta:q: vir dextere dei τ confirmatus sibi nō accipit in scriptura:nisi in bono. Cassiodorus autem τ aliqui alij doctores catholici exponūt hunc psalmum ad literā de christo:τ bene vt credo:tum q: litera valde consonat:vt videbit exponēdo:tum q: hoc dictū cōsonat dictis hebreorum antiquorū. Dicit enī rab.moyses exponēs illud Geñ.xl.videbā corā me vitē τc.vna expositio est. Hic est israel de egypto trāsplātatus in terrā pmissionis. Alia expositio est. Hic est messias: sicut scriptū est.ps.lxxix. Et perfice eā quā plātauit dextera tua:τ est plātatio a superiori ad inferius. Et hoc dictū rab. moyses valde consonat persone xpi in quo est duplex natura:scz diuina natura τ humana: diuina ad superius:humana ad inferius. Et patet q ipse allegat hanc scripturam de messia dictā:per quē intelligit xpm. Igitur ſm hūc intellectum sensus predicti tituli cū dr. Ad victoriā sup lilia testimonium asaph ps.talis est psal.iste est testimonium sup asaph lilia vel pro lilijs:vt habet ti.hie.i.sup xpm τ ecclesiam suā vel corpus misticum que p lilia designātur:vt plenius dictum fuit sup ps.xliiij.qd aūt in titu.premittit ad victoriam significat conatum leuitarū in cantādo hūc psal.sicut frequēter supra dictum est. a ¶Qui regis τc. Ad intellectum huius psal.sciendum q vna est ecclesia vete.τ no.testa. que frequēter in vete.τ no.testa. dr vinea dei.vnde dicit Grego.omel.vij.sup euāgelium. Quis vero patrisfamilias similitudinē rectius tenet q cōditor noster qui regit quos cōdidit τ electos suos in hoc mūdo possidet quasi subiectos dñs in domo q habet vineam suam scz ecclesiam que ab abel iusto vsq ad vltimū electū qui in fine mūdi nasciturus est quot sanctos ptulit quasi tot palmites misit. Asaph igit pcessum huius vinee in spiritu preuidēs scripsit hūc psal. In quo primo describit statū huius vinee ante xpi aduētū.τ scdo post eius aduētū ibi. Deus virtutū cōuerte. Prima in duas.q: pmo premittit oratio psal.scdo pcessus huius vite:ibi. Uinea de egypto.prima adhuc in duas quia primo ponitur asaph oratio:secundo orandi ratio ibi. Excita. Circa primum dicit. a ¶Qui regis israel intende orationi mee. b ¶Qui deducis velut ouē ioseph.aliqui exponūt hoc dicētes q filij isrl de egypto exeūtes ppter inundationē nili nō potuerūt inuenire sepulchrū ioseph cuius ossa tenebant secū asportare:sicut fuit eis ipositū. Geñ.l.cap.τ qdā ouis ductu angelico notauit vsq ad locū sepulchri ioseph ad ostēdēdū locū vbi debebāt ossa eius accipere:τ ppter hoc fuit vocata ouis ioseph:q accipiēs moyses secū portauit:vt hr Exo.xiij.τ ſm hoc est sensus huius litere. b ¶Qui deducis scz populū israel p angelū precedentem castra eorum:vt hr Exod.xiij. c ¶Uelut ouē ioseph.que siir ducta fuit ad sepulchrū p angelum modo predicto:sed quia hoc dictum de oue ioseph improbaui. Exod.xiij.aliter exponenda est hec litera sic. b ¶Qui deducis ioseph.i.pplm israel denominatū ioseph eo q ipsum saluauit tempore famis in egypto. c ¶Uelut ouē.id est diligenter custodiens eum sicut pastor gregem suū. d ¶Qui sedes sup cherubim q: propiciatorium quod dicebatur sedes dei erat super cherubim sicut plenius fuit expositum. Exod.xxv. e ¶Manifestare corā ephraim τc. Iste tres tribus figebant tentoria ad occidētalem plagā tabernaculi. vt habet Nume.ij. In occidētali vero parte tabernaculi erat sanctū sanctorū.vbi erat propiciatoriū in quo dabantur diuina responsa:τ propter hoc dicit. e ¶Manifestare corā ephraim τc. dando nobis propicia

Opinio cassiodori est q iste ps de xpo exponitur. Eccl'ia veteris testamēti τ no. vnde dic. Que fuit ouis ioseph. Alia expositio d populo israel.

Universidad de ... Biblioteca

responsa. f ℭ Excita. Hic cōsequēter ponit dicte orationis ratio:q: asaph preuidebat ppl'm dñi multipliciter affligendum a diuersis ppl'is.ꝛ iō ꝑ ei⁹ liberatione precabaṫ dicēs. f ℭ Excita potentiā tuā cui nullus pōt resistere. g ℭ Et veni p effectum tue potētie. h ℭ Ut saluos facias nos.ab affligētib⁹ nos:ꝛ cōnumerat se asaph ppl'o futuris tpib⁹ affligēdo rōne predicta p̄s.precedēti. i ℭ Deus ꝟtutū.i.angelorū. k ℭ Cōuerte nos. a culpa ad gratiā ꝛ a luctu ad letitiā. l ℭ Et ostēde faciē tuā. Loquiṫ de deo ad modum hois q̄ q̄diu tenet irā ꝯtra aliquē auertit ab eo faciē sed qñ placat⁹ est ostēdit sibi faciē hylarē ꝛ in hoc petit asaph diuinā placationē. m ℭ Et salui erimus. q: sine tua gratia nō pōt nobis esse salus. n ℭ Dñe de⁹ virtutū quousq; irasceris.i.q̄diu. o ℭ Super orationē serui tui.i.sup illō de quo te rogo:scʒ de liberatione ppl'i.q.d. ista dilatatio est signū ire tue in ppl'o. p ℭ Cibabis nos. resumaṫ ly quousq;:vt sit sensus q̄diu.Cibabis nos pane lachrymarū.i.pmittas nos in captiuitate ꝛ afflictione:q: homines in tali statu viuunt in lachrymis ꝛ luctu. q ℭ In mensura.i.fm mēsurā peccatorū nostrorū.q.d.nos meruim⁹ hāc afflictionē ꝑpter peccata nostra: sed tu nos libera ex tua gratia. r ℭ Posuisti nos in cōtradictionē ꝛc.vicinis nostris q: samaritani quos rex assyriorū fecit habitare in ciuitatibus israel:vt habetur iiij.reg.xvij.odiebāt iudeos ꝛ ecōuerso . ꝛ iō impediebāt quātū poterāt reditū iudeorū in terrā suam. ꝛ postq̄ redierūt de licētia cyri fuerūt eis multū molesti:vt pʒ.j.Esdre.et Ne.quasi per totū. s ℭ Et inimici ꝛc.sicut dr Nee.iiij.factū est aūt cū audisset sanabalath q̄ edificarem⁹ murū:iratus est valde et mot⁹ nimis subsannauit iudeos ꝛc. t ℭ De⁹

Oratiōis ratio.

Excita[f] potētiā tuā ꝛ[g] veni:vt[h] saluos facias nos Deus[i] conuerte[k] nos:et[l] ostende faciē tuā:et[m] salui erimus.Domine[n] deus virtutū quousq; irasceris super[o] ofonē serui tui.Cibabis[p] nos pane lachrimarū ꝛ potū dabis nobis in lachrimis in mēsura[q].Posuisti[r] nos cōtradictionē:ꝛ[s] inimici nostri subsannauerunt nos.Deus virtutum[t] conuerte nos:ꝛ ostēde faciem tuā ꝛ salui erimus.Uineā[v] de egypto transtulisti[x] :eiecisti[y] gentes ꝛ[z] plātasti eam.Dux[a] itineris fuisti in conspectu eius:ꝛ[b] plantasti radices eius:ꝛ[c] impleuit terrā.Operuit[d] mōtes vmbra eius ꝛ arbusta ei⁹ cedros dei.Extēdit[c] palmites suos vsq; ad mare ꝛ[d] vsq; ad flumē ꝑpagines[e] ei⁹.Ut[f] quid destruxisti maceriā eius et[g] vindemiant eam omnes qui pretergrediuntur viā.Exterminauit[h] eam aper de silua:ꝛ[i] singularis ferus pastus est eā.De⁹[k] virtutum cōuerte:respice[l] de celo ꝛ vide:ꝛ[m] visita vineā[n] istā.Et[o] pfice eam quā plantauit dextera tua:et[p] sup filiū hois

Ecclesie processus ante christi aduentum.

virtutū ꝛc.exponaṫ sicut prius:q: repetitio est eiusdē sicut frequēter fit in orationib⁹. v ℭ Uinea. Hic cōsequēter describiṫ ꝑcessus ecclesie ante christi aduētū:que ꝑprio noie dr synagoga: ꝛ primo describitur ꝑcessus in ꝓsperitate.secūdo i aduersitate:ibi. Ut qd. Circa primū dicit. Uineā.i.ppl'm israel dei cultorē. Esa.v. Uineā dñi exercituū domus israel est. x ℭ De egypto trāstulisti:educēdo ppl'm illū mirabiliter de egypto que erat terra idolatrie dedita sicut agricola trāsplātat vineam de terra mala in bonā. y ℭ Eiecisti gentes de terra ꝓmissionis.vt habeṫ in libro iosue cuius victorie cōtra reges chanaan fuerūt magis virtute diuina q̄ humana. z ℭ Et plātasti eam dādo populo israel in terra ꝓmissionis quietē fm q̄ dr Iosue.xj.Cepit ergo iosue oēm terrā sicut locut⁹ est dñs ad moysen:ꝛ tradidit eā i possessionē filijs israel fm partes ꝛ tribus suas quieuitq; terra a prelijs. a ℭ Dux itineris fuisti in cōspectu eius in colūna nubis per diem:ꝛ in colūna ignis p noctē vt dux esses itineris vtroq; tpe.Exo.xiij. b ℭ Et plātasti radices eius: id est sanctos patres.vt Iosue ꝛ similes qui in cultu ꝛ fide dei erāt radicati. c ℭ Et impleuit terrā:p multiplicationē prolis. d ℭ Operuit montes vmbra eius ꝛc.per adoptionē honoris ꝛ dignitatis:qō maxime fuit tpe dauid ꝛ salomonis ꝛ aliorū regū bonorū c ℭ Extēdit palmites suos vsq; ad mare.s. mediterraneū. d ℭ Et vsq; i flumē.s.euphratē. e ℭ Propagines ei⁹ ꝛ in hoc denotaṫ dilatatio possessiōis q: tota terra intermedia subiecta fuit regno isrl' tpe salomonis vt frequēter supra dictū est. f ℭ Ut qd. Hic ꝯñr describiṫ ꝑcessus i aduersitate:cū dr. Ut qd destruxisti maceriā ei⁹.i.angelorū eo q̄ ppl's erat ꝯuersus ad idolatriā.vt pʒ.iij.et.iiij.Regū.in plurib⁹ locis vel p maceriā itelligiṫ clausura hierl'm quā destruxerūt caldei. g ℭ Et vindemiāt eā ꝛc.q: reges syrie ꝛ multi alij añ destructionē ciuitatis p nabuchodonosor ꝛ post fuerūt eis molesti bona eorū rapiētes ꝛ ppl'm occidētes.vt pʒ.iij.ꝛ.iiij.reg.ꝛ l lib. Esd.ꝛ Nee.ꝛ.j.ꝛ.ij. Macha. h ℭ Exterminauit eā aper de sylua.i. nabuchodonosor q̄ sic noiaṫ eo q̄ diu habitauit inter feras.dañ.iiij. i ℭ Et singl'aris fer⁹ depast⁹ est eā.iste fuit antioch⁹ rex q̄ fuit valde singularis in supbia q̄si haberet terrā ad nauigādū ꝛ mare ad ambulādū ꝑpter mētis elationē.ij. Mach.v.fuit etiā valde fer⁹ p tormēta inhumana ꝛ exq̄sita idducēs ppl'm isrl' ad trāsgressionē legis.ij. Mach.vij.in heb.hr.Et cōmotio agri depasta est eā p cōmotionē itelligunṫ oēs bestie q̄ cōiter mouenṫ p agrū ad depascēdū iesuʒ ꝑpter qō Hiero.trāstulit. Et oēs bestie agri depaste sunt eā.p qō pōt itelligi multitudo diuersarū gentiū q̄ erāt in exercitu antiochi ꝛ aliorū regū iudeā deuastātiū. k ℭ De⁹ virtutū.Hic ꝯñr describiṫ stat⁹ ecclie pfect⁹ post aduētū xpi. quā pfectionē petit asaph deuote dicēs.De⁹ ꝟtutū cōuerte.p cōdescētionē bonitatis tue. l ℭ Respice de celo ꝛ vide oculo tue clemētie. m ℭ Et visita in ꝓpria ꝑsona. n ℭ Uineā istā.qō factū est in sua benedicta incarnatiōe in qua visitauit nos oriēs ex alto.Luc.j. o ℭ Et pfice ꝛc.Stat⁹ eñi ve.te.fuit impfect⁹ fm qō dr hr Ad heb.vij.Nihil ad pfectū adduxit lex.sed hec pfectio reseruabiṫ xpo ꝑpter qō di. Math.v. Non veni soluere legē:sed adimplere:q: moralia p̄cepta adimpleuit cōsilia supaddēdo. iudicialia vero adimpleuit rigorē tēperādo:vt hoies cauerēt a malis.ꝛ studerēt bonis magis ducti amore boni qō est ꝓpriū pfectorū q̄ amore mali pene qō ē ipfectorū.vñ di.poeta.Oderūt peccare mali formidine pene.Oderūt peccare boni ꝟtutis amore.Cerimonialia ꝟo q̄ tm̄ figuralia erāt adimpleuit in sua incarnatione ꝛ passione cui⁹ erat figure et sacramēta efficatiora instituit q̄ confecerunt gratiam ꝛ introducūt ad gloriā:qō nō poterāt facere sacramenta veteris legis:ꝑpter qō dicūtur egena ꝛ infirma,Gal.iiij. p ℭ Et sup filium hois resumatur

processus in aduersitate.

Quis fuit nabuchodonosor.

ly respice scʒ sup xp̄m hoiem qui in euāgelio vocatur fili⁹ hois.i.virginis:q: hoc nomē homo est generis cōmunis.alij aūt sunt filij hoim scʒ viri ꝛ mulieris. q ℭ Quē cōfirmasti tibi .i.immobiliter assumpsisti:q: qō semel assumpsit nūq̄ dimisit vt dicit Damas.vñ ꝛ in triduo mortis xp̄i aīa existēs in lymbo ꝛ corp⁹ in sepulchro fuerūt cōiuncta verbo. r ℭ Incēsa igni ꝛ suffossa.per hoc intelligūtur sacerdotes iudeorū q̄ in vltionē mortis xp̄i a romanis fuerūt obsessi.ꝛ tādē incēdio tēpli aliqui eorū fuerūt mortui ꝛ alij fugerūt ad subterranea loca vbi fuerūt capti ꝛ interfecti:ideo subditur. s ℭ Ab increpatiōe vultus tui peribūt:q: ex rigore diuine iustitie q̄ hic increpatio dr in vltionē mortis xp̄i perierūt. t ℭ Fiat manus tua sup virū dextere tue.vir iste est homo ad dexteraʒ dei patris assumptus. Mar.vlti.Et dñs q̄dē iesus post q̄ locut⁹ est eis assumpt⁹ est in celū ꝛ sedet ad dextris dei.sup virū istū post ei⁹ ascēsionē facta est spāliter man⁹ diuine virtutis declarando ei⁹ gloriā ꝛ deitatem p miracula facta ab apostolis alijsq; discipulis i nomine xp̄i. v ℭ Et sup filiū hominis.ꝛ accipiṫ hic ꝛ pro id est illud qō subditur sup filiū hominis sit expositiuū illius qō premittiṫ. Sup virum dextere tue.vel p hoc homo xp̄s intelligatur de quo supra dixerat. Sup filium hois ꝛc. x ℭ Et nō descendim⁹ a te. p auersionem a fide.vnde dicit apostol⁹ Ro. viij. Quis nos separabit a charitate q̄ est in xp̄o iesu. tribulatio:fames:nuditas:aut gladius ꝛc.q.d.nō:sicut lr̄a sequēs ostēdit. y ℭ Uiuificabis nos.vita gratie.in presenti ꝛ glorie in futuro. z ℭ Et nomē tuū inuocabimus.tpaliter in presenti : et eternaliter in futuro. fm illud psal.lxxxiij.Beati qui habitāt in domo tua dñe:in secula seculorū laudabūt te. a ℭ Dñe deus virtutum cōuerte nos.ad te pfecte diligēdū. b ℭ Et ostēde nobis faciē tuā.p apertā visionē. c ℭ Et salui erimus.q: in clara visione et perfecta fruitione consistit eterna salus.

De xp̄o in triduo.

quem[q] cōfirmasti tibi.Incēsa[r] igni ꝛ suffossa:ab[s] increpatione vultus tui peribūt.Fiat[t] manus tua sup virum dextere tue:ꝛ[v] sup filium hominis que confirmasti tibi.Et[x] nō descendimus a te viuificabis[y] nos et[z] nomē tuum inuocabimus.Domine[a] deus virtutum cōuerte nos:et[b] ostēde faciē tuā ꝛ salui erimus.

ℭ Uictori in torcularibus asaph. Psalmus.lxxx.

Exultate[a] deo[b] adiutori nostro: iubilate[c] deo[d] iacob.Sumite[e] psalmum et[f] date tympanum psalterium iocundum cuʒ cythara. Buccinate[g] in neomenia tuba in insigni die[h] solēnitatis vestre.Quia[i] preceptum in israel est:et[k] iudicium deo iacob. Te-

In dei visione cōsistit beatitudo saluatorum

Psalmus. lxxx.

et glorie in futuro. n ℭ Et laudabit te. laude impfecta in psenti vita sed laude perfecta in futuro ſm qd
dicitur supra psalm̃.lxxxiij. Beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te.

In beatitudiẽ terminat appetit⁹ anime.

o ℭ Erraui sicut ouis que perijt. que non videtur intelligi de errore in moribus. quia statim subditur.
Mandata tua non sum oblitus. sed de errore ſm modum communem loquendi hominum mundanorum.
Ad cuius intellectũ sciẽdũ q quis dr errare quando segregat se a grege. homines autem tendentes ad per
fectionem contemplationis segregant se a communi habitatione hominum vt libere possint vacare cõtem
plationi diuine. τ tales ab hominibus mundanis reputantur stulti et huic seculo perditi. vnde τ religiosi
mundo mortui dicuntur. et ſm hoc dicit psal. in persona contemplatiui. o ℭ Erraui sicut ouis que perijt.
quantum ad reputationem hominum mundanorum: τ quia refugientibus amore dei mundanum consor-
tium conceditur diuinum. ſm illud Osee.ij.ca. ducam eam in solitudinem τ loquar ad cor eius τc. ideo sub-
ditur. p ℭ Quere seruum tuum: eum interius consolando. q ℭ Quia mãdata tua non sum oblitus. ter
renis inherendo per amorem: sed celestia appetendo ad qd tendit mandatorum tuorum obseruatio.

Mandatorũ obseruatio tendit in appetendo celestia.

ℭ Psalmus.cxix.

A D dñm cũ tribularer. Huic ps. pmittit talis ti. in heb. Canticũ graduũ. τ similiter in alijs q̃tuor-
decim sequẽtib⁹. s: i aliq̃b⁹ eorũ fit aliq̃ additio. vt videbit. dicunt aũt isti.xv. ps cãtica graduũ
ſm doc. heb. τ latinos. eo q in ascẽsu tẽpli q̃ erat p.xv. gradus cantabãt a sacerdotib⁹ τ leuitis
primus ps. in pmo gradu. τ scds in secũdo. τ sic de alijs. Sed vtrũ isti ps. ad h fuerint facti va-
rie dr. Dicũt em̃ aliq̃ q dauid q̃ pcepit salomõi edificare tẽplũ τ tradidit ei descriptionẽ tẽpli τ
porticum τ per ꝯñs graduum: vt habetur in Paralip.xxviij. fecit ps. istos ad decantandum in

Universidad de Deusto Biblioteca

gradibus mō pdicto. Dicūt etiā q p ascensum graduū corporaliū intelligit ascensus in gradib⁹ virtutū qui tangūtur in ps. istis gradatim ascendēdo. ¶ Sed ꝫ primū videt esse q: terti⁹ ps. v. xij. xiiij. intitulant a dauid sic. Canticū graduū dauid. similit. viij. a salomone sic. Canticū graduū salomonis vel salomoni. Ceteri aūt oēs intitulant sine tali additiōe sic. Canticū graduū. Et ex tali variatiōe intitulationis videt q nō oēs facti sunt a dauid: sed solū illi q ab eo sunt intitulati. nisi appareat aliunde q dauid fecerit sicut dicet infra de aliquib⁹ ps. ⁊ q. viij. fact⁹ sit a salomone ceteri vō ab aliquib⁹ alijs spū pphetie habentibus quoꝝ noīa sunt ignota. Et ex h sequitur q nō fuerūt facti a dd vt decantarent modo supradicto. Cōtra scdm dictū videtur esse q ita altus grad⁹ virtutis ponit in pmo ps. sicut in aliquo sequētiū scdm expositionem eoꝝ q exponūt illud. Heu mihi q: incolatus me⁹ plongat⁹ est. qd exponūt de hoīe sic perfecto q ex desiderio vite celestis vita presens ei efficit tediosa. qd ē maxie pfectionis in vita psenti ꝫ qd dicebat paul⁹ de se ipso Phil. j. desyderiū hñs dissolui et eē cum xpo. Nec ordo istoꝝ ps. ostēdit talē ordinem graduū virtutū literā ipsoꝝ psiderāti. Igitur propter pdicta et similia. saluo meliori iudicio videtur mihi dōm. q oēs isti ps. non fuerunt facti ab eodē autore. nec ad h vt decantarent in gradib⁹ mō pdicto. ꝫ aliqs vel aliq de sacerdotib⁹ seu cantoribus deuotis ps. istos ab alijs factos ordinauerūt decātari in solēnib⁹ dieb⁹ mō pdicto ascendendo gradus templi: sicut be. grego. q ordinauit officiū ecclesiasticū ps. a dd factos ⁊ alijs antiqs applicauit ad diuersa festa q: aliq decātant i festis apostoloꝝ: alij in festis virginū: ⁊ sic de alijs: ⁊ aliqn ex modica puenientia sicut Benedic scōs. appropatur angelis ex illo vsu. Qui facit angelos suos ⁊c. ⁊ iō intēdo pmo exponere ps. istos literalr sm modicitatē intellect⁹ mei. postea in fine aliqd addere breuiter de mystica expositione.

Opi. expo. dauct ps.

¶ Canticum graduum. Psalmus.cxix.

Ad dominū[a] cum tribularer clamaui et exaudiuit me. Domine[b] libera animā meam a labijs iniquis: ⁊[c] a lingua dolosa. Quid[d] detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam dolosaz. Sagitte[e] potentis acute cuz carbonibus[f] desolatorijs. Heu[f] mihi quia incolatus meus prolongatus est: habitaui[g] cum habitatibus cedar multum incola fuit anima mea. Cum[h] his qui oderunt pacem eram[i] pacificus cum[k] loquebar illis impugnabāt[l] me gratis[m]

a ¶ Ad dñm cū tribularer. Ex ti. hui⁹ ps. suprapositō nō appet ei⁹ autor. De materia vō eius dr Rab. sa. q est oro p liberatiōe ppli israel a tribulatiōe captiuitat. in q nūc sunt p orbē dispsi a q expectant iudei per messiam futuꝝ liberari. cui⁹ aūt oro sit nō dr. ꝫ supponit q sit facta ab aliq scō spū dei hñte qd est verū: sed pmū ei⁹ dictū est fl'm: q: aduēt⁹ xpi iā trāsit in pteritū: sicut frequēter dictum est ppter qd vr mihi melius dōm q sit oratio alicui⁹ scti viri qcunqs fuerit: p liberatiōe ppli israel de captiuitate babylonica sub qua multi illi⁹ tpis psal. ⁊ oratiōes fecerūt vt pꝫ de Daniele. ix. ca. ⁊ in hoc lib. ps. in plurib⁹ locis. Et sm h ps. iste in tres partes diuidit. q: pmo petit dicta liberatio. scdo pdicit babylonioꝝ punitio: ibi. Quid detur tibi. tertio plangit liberatiōis dilatatio: ibi. Heu mihi. Circa pmū sciēdū q gratitudo de bñficio pterito est dispositio ad impetrandū futurū. ppter qd psalmi. in persona populi israel tanq grad⁹ recognoscit pteritum beneficium dicēs. a ¶ Ad dñm cū tribularer clamaui ⁊ exaudiuit me. quod couenieter intelligit de tribulatione quā passus fuit populus per sennacherib ante captiuitatē babylonicam. pro qua ezechias et esayas pphera ⁊ populus clamauerunt ad dominuz ⁊ exauditi fuerunt. q: dñs misit angelum suum ⁊ percussit in castris sennacherib centum octogintaquinqs milia bellatoꝝ propter qd compulsus fuit fugere ad terram suam vbi interfectus fuit a filijs suis. vt habet. iiij. Regum. xix. Consequēter ps. petit liberationem de captiuitate babylonica in persona populi captiui dicens. b ¶ Domine libera animam meam a labijs iniquis. i. babylonioꝝ qui inique blasphemabāt deū dicētes iudeis q de⁹ eoꝝ erat impotens ad liberandū de manibus suis: ⁊ tales diuine iniurie magis grauabant deuotos q proprie. c ¶ Et a lingua dolosa: q: babylonij frequenter imponebant eis falsa: et sic dolose extorquerent eorum bonum. d ¶ Quid detur tibi. hic predicitur babyloniorum punitio que facta fuit per Cyrum ⁊ Darium destruētes ciuitatem babylonicam ⁊ occidentes populum vt habetur Dañ. vj. ⁊ hoc dicit ps. cōuertens verbū suum ad populuz babylonicum. d ¶ Quid detur tibi ⁊c. i. que pena inferetur tibi ad puniendum peccata lingue tue pdicta. et respondet. e ¶ Sagitte potētis acute. i. populi psaꝝ ⁊ medoꝝ qui sagittis interfecerunt populū babylonicum sm qd dr Esaie. xiij. Suscitabo super eos medos qui argētuz nō querāt: ⁊ auꝝ nō velint: sed sagittis interficiant paruulos ⁊c. vel aliter. e ¶ Sagitte potētis. i. ipsius dei omnipotentis: cuius perse ⁊ medi fuerunt instrumenta ad puniendum babylonica peccata. f ¶ Cum carbonib⁹ desolatorijs: q: incenderūt babylonem ⁊ facta est ita desolata q nō habitat ab hoībus sed a feris ⁊ venenosis aīalibus sm q predixit Esa. xiij. ca. de babylone. Nō habitabit vsqs in finē: ⁊ seqtur. Sed habitabūt ibi bestie ⁊ dom⁹ eoꝝ replebit draconib⁹. in trāf. hie. ⁊ in heb. hr. Cū carbonib⁹ iuniperoꝝ: qui diu pseruāt ignem scꝫ per annuz vt dr in libro qui vocatur catholicon. qñ carbōes isti cinerib⁹ sunt operti. añ dicitur iuniperus a gignoris. ⁊ pir quod est ignis qsi gignēs ignē: ⁊ vt dr ra. sa. p h intelligit ignis gehēne inextinguibilis in quo puniunt babylonij qui fuerūt idolatre pessimi. f ¶ Heu mihi. hic pñr plāgit pdicte liberatiōis dilatatio: cum dr in psona populi in babylonia detenti. Heu mihi quia incolatus meus. i. mora mea in terra aliena vñ in heb. ⁊ in transla. hie. habetur. Peregrinatio mea plongata est. valde em tristabile est populo fideli cū idolatris diu morari: ⁊ maxime in eoꝝ seruitute. g ¶ Habitaui cum habitantib⁹ cedar. i. cum habitantibus in terra cedar qui fuit filius ismael Genes. xxv. de quo ismaele pro se ⁊ sua posteritate dicitur Geñ. xvj. Hic erit ferus homo manus eius contra omnes ⁊c. ⁊ per illos intelliguntur babylonij: qui contra filios israel fuerunt crudeles ⁊ duri. ⁊ ideo replicatur planctus de mora cum ipsis: cum subdit. Multum incola fuit anima mea. cui⁹ etiam causa replicatur cum dicitur. h ¶ Cum his qui oderunt pacem. i. cum babylonijs rōnibus dictis. i ¶ Eram pacificus. non reddendo eis iniurias pro iniurijs. k ¶ Cum loquebar illis. modeste et rationabiliter. l ¶ Impugnabant me. calumnijs. m ¶ Gratis. i. sine causa. Moraliter potest exponi psalmus

psal. diuisio.

Petit liberationem.

Babyloniorū punitio.

vnde dicitur iuniperus.

Incolat⁹ est habitatio in aliena terra.

Mo. expositio.

iste de quolibet fideli existēte in tribulatiōe corporali seu spirituali ex demonū tentatiōe a qua petit deuote liberari: ⁊ q demones arceant ab ipugnatiōe fideliū in gehennā retrusi: ⁊ suspirat pro dilatione sui remedij.

¶ Psalmus.cxx.

Leuaui oculos meos. Titu. hui⁹ psal. est. Canticū graduū. de quo dicendū est sicut psal. pcedēti: De materia vō hui⁹ psal. vr mihi saluo meliori iudicio q sicut pcedēs ē oro alicui⁹ scti in spū dei habentis p reditu ppli isrl de babylōica captiuitate sic ps iste est oro p bono statu populi de captiuitate reuersi. de q hr. j. Esd. dicit igr ps i ppli psona. a ¶ Leuaui ocu. me. in mō. hoc est deū ⁊ ciues celestes q dicunt montes infra psal. cxxiiij. Mōtes in cir. ei⁹. i. angeli vt exponit Aug. b ¶ Vñ veniet auxiliuz mihi. Diuina em adiutoria hoībus psti ta cōiter p angelos administrant. pncipaliter tñ sunt a deo ppter qd subdit. c ¶ Auxilium meū a dño: ⁊ nō ab idolis q nullā habent virtutē nec ab angelis sanctis nisi ministerialiter tñ vt dictū est: q: nō sunt creatores celi ⁊ terre psequēter psal. cōuertit smonem suū ad pplm israel di. d ¶ Nō det in commotionē pedē tuū. i. nō pmittat ampli⁹ te duci in captiuitatem extra terraz tuam. e ¶ Neqs dormiet q custodit te. s. de⁹ ⁊ angeli sancti qbus pmitti custodiā fideliū: q dicūtur ab hoībus dormire qñ subtrahūt suffragiū m. verūtamē ꝫ veritatē in eius nō cadit somn⁹ q est passio sensitiue ptis ppter qd dicuntur vigiles Dañ. iiij. In sentētia vigiliuz decretum est ⁊c. iō subdit. Ecce nō dormitabit neqs dormiet ⁊c. f ¶ Dñs custodit te. in bono. f ¶ Dñs ptectio tua. cōtra malū tibi inferendū. g ¶ Super manū dexteraz tuam. plusq man⁹ dextera posset ptegere ⁊ custodire ⁊ p manū dexteram intelligit oīs ptās humana. h ¶ Per diē sol nō vret te. i.

De materia psi.

angeli nō tristātur de pditione alicui⁹ custoditi quisqs audeant de saluatiōe Bo. ex. ij. sen.

¶ Canticum graduum. Psalmus.cxx.

Leuaui[a] oculos meos in mōtes vñ[b] veniet auxiliū mihi. Auxiliū[c] meū a dño qui fecit celū ⁊ terrā. Nō[d] det i pmotionē pedē tuū: neqs dormitet[e] q custodit te. Ecce non dormitabit neqs[e] dormiet qui custodit isrl. Dñs[f] custodit te dñs[f] ptectio tua super manū dexterā[g] tuam. Per[h] diē sol non vret te: neqs[i] luna per noctē. Dñs[k] custodit te ab omni malo: custodiat[l] animā tuam dominus. Dominus custodiat[m] introitū tuū et exitū tuū: ex[n] hoc nunc et vsqs in seculū.

¶ Canticū graduum. Psal.cxxi.

Letatus[a] sum in his que dicta sunt mihi: in domum[b] domini ibimus. Stantes[c] erant pedes nostri: in atrijs[d] tuis hierusalem. Hierusalem[e] que edificatur vt[f] ciuitas: cuius[g] participatio eius in idipsum. Illuc[h] enim ascenderunt tribus trib⁹[i] domini: testimoniū[k] israel ad[l] confitendū nomini domini. Quia[m] illic sederunt sedes in iudicio[n]: sedes super[o] domuz dauid.

nō vrat te: q: hebrei nō habēt optatiuū modū: sed loco ei⁹ vtunt futuro indicatiui modi. q. d. ardor solis nō exurat te p diē sicut fecit i babylonia vbi cogebaris opari in agris i feruore diei sicut cogūtur sui. i ¶ Neqs luna p noctē. i. gelu in hyeme: qd maxime intendit de nocte qñ aer est depuratus a nebulis ⁊ luna lucet clare ppter qd dicebat Jacob Geñ. xxxj. Die noctuqs estu vrebar et gelu. k ¶ Dñs custodit te ab oī malo. i. potēs est te custodire a malo culpe ⁊ pene. l ¶ Custodit animā tuā dñs. i. vitā tuam corporalē ⁊ spūalem. m ¶ Dominus custodiat introitū tuum ⁊ exitum tuū. i. dirigat te omnibus operibus tuis a principio vsqs in finem. n ¶ Ex hoc ⁊c. id est semper.

¶ Psalmus.cxxj.

Letatus sum. Titu. Canticū graduū. ⁊ patet sentētia ex supradictis. De materia aūt huius ps. videtur mihi saluo meliori iudicio: qd sit oratio dauid exultās in domo de edificatione ciuitatis ⁊ templi quā preuidit fiendā per salomonē filiū suū: sicut dixit ei nathan ppheta de mādato dñi. ij. Reg. vij. Et diuidit in duas ptes: q: primo ponit exultatio p huiusmodi edificatione. secundo subdit deprecatio p edificij cōseruatione: ibi. Rogate. Circa pmum dr. a ¶ Letatus sum in his q dicta sunt mihi. p diuinā reuelationē factā Nathan pphete: ⁊ que sint illa subdit cum dicit. b ¶ In domū dñi ibimus. vbi exprimit templi edificatio: quo edificato populus ibat illuc i diebus solēnibus: ppter qd subditur. c ¶ Stantes erāt pedes nostri loquit de futuro p modū preteriti propter certitudinē pphetie: ⁊ licet dauid ante illud tps mortuus fuerit tñ cōnumerat se futuris hoībus eo q erat pars populi ⁊ princeps sequit. d ¶ In atrijs tuis hierusalē. erant em ibi atria p salomonez edificata scꝫ atriū sacerdotum vbi erat altare holocausti: ⁊ atriū mundoꝝ vbi orabāt homines mundi. ⁊ atriū immūdorum vbi erant immundi. e ¶ Hierusalem q edificatur vt ciuitas. s. valde notabilis sicut de aliquo notabili clerico dicit. Hic est clericus scꝫ per excellentiā: ⁊ eodē modo dicitur hic. f ¶ Ut ciuitas. scꝫ valde excellens: in hoc exprimitur edificatio ciuitatis quā fecit salomon valde notabilē claudens eam triplici muro: ⁊ edificia valde solēnia faciens in ea: vt patet. iij. Reg. iij. et. iiij. Reg. xxij. g ¶ Cuius participatio eius in idipsum. i. cum ipso templo de cuius edificatione premissum est quod fecit salomon valde notabile: vñ dicit ij. Paral. ij. Domus quā edificare cupio magna est nimis ⁊ inclyta: ⁊ ad correspondentiā nobilitatis templi edificauit ciuitatē hierusalem valde notabilē: ideo de ea dicitur. g ¶ Cuius participatio ⁊c. vnde in heb. habetur. Hierusalem q edificatur vt ciuitas qua efficiamur ei simul. i. que associatur templo prius edificato in nobilitate ⁊ fama edificij. h ¶ Illud enim ascenderunt tribus. s. duodecim. i ¶ Tribus dñi. quia in populo israel in duodecim tribubus diuisio erat verus cultus dñi ceteris gētibus ad idolatriam declinantibus. k ¶ Testimoniū israel. i. sm testimoniū ipsi⁹ israel: qui alio noīe vocatus est iacob: qui testificando predixit edificationem templi futuram. Geñ. xxviij. l ¶ Ad confitendum ⁊c. confessione laudis. ⁊ oblationis. m ¶ Quia illic sederunt sedes. id est super sedes. n ¶ In iudicio. ad determinandum casus dubios in alijs ciuitatibus ⁊ locis contingentes: qui determinabantur per sacerdotes et reges: sm quod dicitur Deutero. xvij. ideo subditur. o ¶ Sedes super ⁊c. per domū dauid intelligūtur reges ab eo descendentes.

De materia psi.

Futuri p preteriti temporis locutio.

populus israel in xij. trib⁹ diuidit.

Universidad de D[eusto] Biblioteca

p ¶ Rogate. Hic consequēter ponit deprecatio pro ciuitatis ⁊ templi cōseruatione: pro qua psal. nō solum orat sed ad orandū alios inuitat di. p ¶ Rogate q̄ ad pacē ⁊c. hoc est ad tranquillū statū in ea habitantium. q ¶ Et abundātia: supple scʒ bonorum temporaliū ⁊ spiritualiū. r ¶ Diligentib9 te. q: est ciuitas ad dei cultū electa: ita ꝙ psal. verbū suū dirigit ad ciuitatē hierusalē. s ¶ Fiat pax in ꝟtute tua. i. fortitudo murorum ⁊ edificiorum tuorum tanta sit ꝙ aduersarij nō possint perturbare pacē ciuitatis. vñ in transla. hiero. habetur. Fiat pax in muris tuis. ⁊ q: pax ciuitatis nō cōseruatur ex muris tm̄: sed cum hoc ex abundātia victualiū ⁊ armorum: iō subditur. t ¶ Et abūdantia ⁊c. in q̄bus solent armature ⁊ victualia reponi. v ¶ Propter fratres meos. i. ꝓpter iudeos natione quos psal. vocat fratres ſm modū ꝯsuetū scripture. v ¶ Et primos meos. i. cōuersos de gentilitate ad iudaismū q: plures tales erāt inter iudeos in iudaismo. x ¶ Loquebar pacem ⁊c. orādo deū ꝓ tua pace. Tpe enī orationis hō fidelis cū deo loquit. Et q: psal. non solū mō desiderabat pacē ꝓpter cōuersos et iudeos: sed ꝑncipaliter ꝓpter cultū dei q̄ vigebat in hierusalē: iō subdit. y ¶ Propter domū ⁊c. i. ꝓpt templū diuino cultui deputatum. z ¶ Quesiui bona tibi. a deo tibi impendenda ꝑ orōnē meā. ¶ Psal. cxxij.

Rogate[p] que ad pacē sunt hierusalē: ⁊ abūdātia[q] diligentibus[r] te. Fiat[s] pax in ꝟtute tua: ⁊[t] abundātia in turrib9 tuis. Propter[u] fratres meos ⁊[v] primos meos: loquebar[x] pacē de te. Propter[y] domū domini dei nostri: quesiui[z] bona tibi.

¶ Canticum graduum. Psalmus. cxxij.

Ad[a] te leuaui oculos meos q[b] habitas in celis. Ecce[c] sicut oculi seruorum in manib9 dominorum suorum. Sicut oculi ancille in manibus dñe sue: ita[d] oculi nostri ad dominū deū nostrū: donec misereat nostri. Miserere[e] nostri dñe miserere nostri: q: multum repleti[f] sumus despectione. Quia[f] multū repleta est anima nostra opprobriū[g] abundantib9 ⁊[h] despectio superbis.

Dema. ꝑi

Ad te leuaui oculos meos. titulus hui9 psalmi est. Cāticū graduū: cui9 patʒ sententia ex supradictis. Et videt ps. iste esse oratio alicuius sancti prophete pro liberatiōe populi israel ab afflictione inducta per anthiochū illustrem in qua popul9 mirabiliter fuit afflict9 ⁊ despectus vt hr̄ ꝑmi Machabeorum. c. ij. qd ꝓuidens ꝓpheta dixit in ꝑsona ppl̄i in illa afflictiōe futura. a ¶ Ad te leuaui oculos meos cordis ⁊ corporis. b ¶ Qui habitas in celis licet enī de9 sit vbiqꝫ per essentiā ꝑsentiā ⁊ potentiam: tamē speciali mō dr̄ habitare in celis vbi facie ad faciē videt a sanctis. Popul9 enī posit9 in illa afflictione sub antiocho ꝓ sua liberatiōe pluries orauit deū deuote: vt habet. j. Macha. c. ij. c ¶ Ecce sicut oculi seruorum in manib9 dñorū suorum. Sicut oculi ⁊c. Seruus enī ⁊ ancilla nihil habēt nisi a dño ⁊ domina: ⁊ per cōsequēs filij seruorum suorum totū auxiliū suū expectāt a dño suo ⁊ similiter ancilla a domina sua et hoc modo popul9 in dicta tribulatione cōstitutus nō videbat se posse liberari via humana ꝓpter qd in deo erat tota expectatio ⁊ spes sua: ideo subdit. d ¶ Ita oculi nostri ad dñm deū nostrū donec misereat nostri. liberādo nos a ꝑsecutiōe antiochi. e ¶ Miserere nostri dñe miserere nostri. Ad hoc enī replicat petitio vt ostēdatur afflictiōis intētio per quā fit magis exaudibilis: et ad hoc subdit ratio: cū dicit. f ¶ Qz multū repleti sumus despectiōe: q: antiochus in templo posuit abhominādū idolū vt habet. j. Machab. j. populū etiā iudaicū compellebat multū afflictiue ⁊ contemptiue transire ad gentilem ritū: ideo subditur. f ¶ Quia multū repleta est anima nostra. i. vita nr̄a ⁊ supplēdū est afflictione ⁊ contemptu ⁊ est modus loquendi dolentis. quia ex vehemētia doloris truncat verba sua ꝓpter qd aliquid est supplēdū ad habēdum intellectum. g ¶ Opprobriū abundātib9. i. antiocho ⁊ ei9 exercitui qui abundabant diuitijs eo ꝙ spoliauerant regnum egypti ⁊ templū dñi in hierusalē ⁊ etiā ciuitatē vt hr̄. j. Macha. j. h ¶ Et despectio superbis. q: propter ista erāt valde elati in superbia in tantū ꝙ de antiocho dicit. ij. Mach. v. ꝙ erat ita elat9 ac si haberet pelagus ad ambulandū ⁊ terrā ad nauigandum. ¶ Psalmus. cxxiij.

Beatitudinis subiectuʒ est de9 rōne sūme bonitatis ⁊ veritatis Ric. iiij. sent. xlix. ar. j. q. vj.

Aīa ꝓ vita.

Supbia ſm spēm suaʒ ⁊ ex gñe suo ē mortale pctm̄ q: ꝓ supponit contentū diuine regule cui non vult subijci. ß clauasio.

¶ Canticum graduū. Psal. cxxiij.

Nisi[a] q: domin9 erat in nobis dicat nunc[b] israel: nisi[c] q: dñs erat i nobis. Cū[d] exurgerent hoies i nos: forte[e] viuos deglutissent nos. Cum[f] irasceretur furor eorū in nos forsitam[g] aqua absorbuisset[h] nos. Torrentem[i] pertransiuit anima nostra: forsitan[k] ptransisset aīa nostra aquā intolerabilē. Bñdictus[l] dñs qui nō dedit nos in captione dentib9 eorum. Anima[m] nostra sicut passer erepta est: de laqueo venātiū. Laqueus[n] cōtrit9 est: ⁊ nos liberati sum9. Adiutoriū[o] nostrū in noie dñi: qui fecit celum ⁊ terram.

Nisi quia dñs. Huic psal. ꝓmittit talis ti. in heb. Canticū graduū dauid ⁊ sic apparet auctor ps. De materia aūt eius mihi videtur ꝙ dauid fecerit hūc ps. gratias agens de sua liberatione et populi sui a philisteis ascēdentibus cōtra eū qñ eū audierūt esse inūctum in regē super israel ij. Reg. v. vt sic dauid occiderent ⁊ regnuʒ ei9 destruerent. sed fuerunt debellati virtute diuini auxilij. vt ibidem habetur. Et dixit dñs ad dauid. Dabo tibi philisthym in manu tua: sed in hoc igitur dauid inuitat populū ad deū laudādum di. a ¶ Nisi q: dñs erat in no. per adiutorium speciale. b ¶ Dicat nunc israel. i. popul9 israel habita victoria de philisteis replicat hoc dicēdo. c ¶ Nisi q: ⁊c. ad ostendēduʒ maiorē gratitudinē de auxilio diuino. d ¶ Cū exurgerēt hoies in nos. i. philistei vt predictum est. e ¶ Forte viuos deglutissent nos. i. nō potuissemus resistere eorū impetui sicut nec illud quod deglutitur deglutiēti. f ¶ Cum irasceretur furor eorum in nos q̄ philistei venerūt cōtra dauid et populum ei9 cum magno furore ⁊ desiderio eos destruēdi. ideo subdit. g ¶ Forsitā aqua. s. tribulationis q̄ per impetū aque designat Esa. viij. Adducet dñs sup eos aq̄s fortes ⁊ multas. s. regē assyriorum. ⁊c. h ¶ Absorbuisset nos: inducēdo nos vndiqꝫ sicut ille q̄ absorbet aq̄ vndiqꝫ circūdat ea quasi diceret nō potuissem9 aliqualiter euasisse. i ¶ Torrentē ptrāsiuit aīa nostra. in heb. ⁊ in transla. hie. habet. Torrēs trāsisset super aiam nostrā. ⁊ ꝑ torrētes intelligit impetus philistinorum quo dauid ⁊ popul9 fuissent obruti nisi fuissent diuinitus saluati. ⁊ ideo cum dr̄ hic Torrentē ptransiuit aīa nostra. locutio est figuratiua. sicut illud poeticum. Perflauit fistula buccas. ⁊ siꝉr cum dr̄. k ¶ Forsitan ptrāsisset aīa nostra aquā intolerabilē. q: in hebreo. ⁊ in trāsla. hier. hr̄. Forsitan ptrāsissent sup aiam nostrā. aque supbie vel fortes: iō subdit ꝓ gratiarum actione. l ¶ Bñdictus dñs ⁊c. min9 dicit ⁊ plus signat q: nō solū eos a philisteis capi nō ꝑmisit. sed et philisteos eis subiecit. iō subdit. n ¶ Aīa nostra sicut passer erepta est de laqueo venātiū. i. de insidijs philistinorum: ⁊ per quē modum subditur. n ¶ Laqueus cōtritus est ⁊c. q: exercitus philistinorum a dauid ⁊ populo suo fuit debellatus: ⁊ q: h' fuit virtute diuina subditur. o ¶ Adiutorium nostrū in nomine dñi: qui fecit celū ⁊ terrā. q. d. non in noie idolorum qui nullā hñt ꝟtutē. Quod ideo dicitur: q: philistei tūc fugientes reliquerūt idola sua ad salutē ppl̄i philistinorum ⁊ etiam sui impotētia: q: dauid ⁊ viri ei9 tulerūt ea: vt habet. ij. reg. v. ¶ Psal. cxxiiij.

De philisteis.

¶ Canticum graduum. Psal. cxxiiij.

Qui[a] cōfidūt in dño sicut mōs[b] syon nō[c] cōmonebit in eternū qui habitat in hierusalē. Mōtes[d] in circuitu ei9. ⁊[e] dñs in circuitu populi sui: ex hoc nūc ⁊ vsqꝫ in seculū. Qz[f] nō relinquet dñs virgā peccatorū sup[g] sortē iustorū vt nō extendāt iusti ad iniquitatē man9 suas. Bñfac[h] dñe bonis ⁊ rectis corde. Declinantes[i] autem in obligationes[k] adducet[l] dñs cum operantibus[m] iniquitatem: pax[n] super israel.

¶ Canticum graduum. Psalmus. cxxv.

In[a] conuertēdo dominus captiuitatem syon facti[b] sumus sicut cōsolati. Tūc[c] repletū est gaudio os nostrū ⁊ lingua nostra exultatiōe. Tūc[d] dicent inter gētes magnificauit dñs facere cū eis. Magnificauit[d] domin9 facere nobiscū facti[e] sum9 letantes. Conuertere[f] domine captiuitatē nostrā sicut torrēs i austro. Qui[g] semināt in lachrimis. i exultatiōe[h] me

Qui confidunt. Titu. hui9 psal. est. Canticū graduū. cui9 sñia ptʒ ex supradictis. De materia vero hui9 psal. nō videtur ꝙ intelligat de hierusalē materiali cuius nunq̄ fuit tāta pax ⁊ sublimitas q̄ta describitur i hoc psal. vt videbit q: multotiēs fuit impugnata ⁊ pluries destructa bis totaliter s. semel per nabuch. ⁊ semel per romanos. et pluries particulariter q̄tum ad aliquā ptes murorum ⁊ edificiorum: vt ptʒ ex libris reg. Paralip. ⁊ Macha. Et ideo exponit id de hierl'm spūali. s. ecclesia de qua dr̄ Apoc. xxj. Uidi ciuitatē sanctā hierusalē descendētem de celo ⁊c. in qua ꝑ fidē xp̄i habitāt christiani: quod ꝓuidēs psal. in spū ꝓphetico dicit. a ¶ Qui confidunt in dño. nō in idolis vanis nec i rebus mundanis. b ¶ Sicut mons syō est: q: sicut mōs syon immobilis ita q̄ vere cōfidunt in dño a stabilitate fidei non mouent. ideo subdit. c ¶ Non cōmouebitur in eternum q̄ habitat in hierl'm spūali ꝑ fidē charitate formatā. Et cāʒ hui9 stabilitatis subdit di. d ¶ Mōtes in circuitu ei9. i. angeli ad custodiam ecclesie deputati. e ¶ Et dñs in circuitu populi sui. ꝓpter ꝙ dicit Mat. vlt. Ecce vobiscū sum oībus diebus vsqꝫ in cōsummatione seculi. f ¶ Qz nō relinquet ⁊c. i. potestatem eorum. g ¶ Sup sortē iustorum. i. ꝑualere iustis itm̄ vt moueant a statu fidei ⁊ ꝟtutis: q: facit cū tētatiōe ꝓuētum vt possint sustinere: vt dr̄ apl's Cor. x. ideo subdit. Ut nō extendāt iusti ⁊c. ⁊ q: boni merent ꝑmiari ⁊ mali puniri subdit psal. h ¶ Bene fac dñe bonis ⁊ rectis ⁊c. cōferendo eis bona grē in pn̄ti ⁊ glorie in futuro. i ¶ Declinātes aūt a rectitudine fidei ⁊ ꝟtutis. k ¶ In obligatiōes. i. ad pctā q̄ obligāt ad penā: iō i trāsla. hier. hr̄ sic. Qui aūt declināt ad prauitates suas ⁊c. l ¶ Adducet dñs ad penā eternā. m ¶ Cum operātibus iniq̄. s. cum demonib9 obstinatis in iniq̄tate: ꝓpter ꝙ dr̄ Mat. xxv. Ite maledicti in ignē eternū q̄ paratus est diabolo ⁊ angelis eius. n ¶ Pax sup israel. nō sup ſm carnē: sed ſm spm̄. i. sup ppl'm catholicū ꝓpter qd in natiuitate xp̄i cātauerunt angeli Luc. ij. Gloria in altissimis deo: ⁊ in terra pax hoibus bone voluntatis. Per bonā enim voluntatē habent pacem cordis in eternum: ſm ꝙ dicitur ꝓuerb. xij. non cōtristabit iustum quicquid ei acciderit: ⁊ per illam disponuntur ad pacem supernam. ¶ Psalmus. cxxv.

De materia psal.

Nullū bonum maner irremuneratum nec nullū malum impunitū boe. iiij. de cōsola.

In conuertendo. Titulus huius psal. est. Canticū graduū sine aliqua additione: ⁊ patet sententia ex supradictis. De materia vero huius psalmi ptʒ ex circūstantia litere ꝙ loquitur de reditu populi israel a babylonica captiuitate: q: de captiuitate facta ꝑ romanos non est reuersus populus iudaicus neqꝫ reuertetur: vt frequēter supra dictū est. Dicit igitur psal. a ¶ In conuertendo ⁊c. reducēdo populū de babylone in hierl'm in qua est mons syon vbi fuerat tēplum et domus regia. b ¶ Facti sumus ⁊c. magna enī consolatio fuit eis redire ad locum cultus diuini. c ¶ Tunc repletum est gau. ⁊c. q: statim cum venerunt in hierusalem erexerunt altare obtulerunt hostias cum diuinis laudibus: vt habetur. j. Esd. iij. d ¶ Tunc dicent ⁊c. Cyrus enim rex persarū per totū regnum suum fecit publicari edictum in quo habitabant gentiles de reditu iudeorum in terrā suā in quo edicto continebatur preceptum dñi dei hoc sibi factum. Esd. j. propter qd gentiles hoc audiētes dicebāt deum celi magnificasse populū israel: ⁊ aliqui eorum conuertebantur ad iudaismū de quo etiā iudei letabant: ideo subditur. d ¶ Magnificauit dñs facere no. de reditu nostro ⁊ cōuersione gentilium. e ¶ Facti sum9 letantes. verūtamen q: adhuc non erat edificatū templuʒ nec ciuitas reparata: iō subditur. f ¶ Conuerte re dñe ⁊c. ventus australis est pluuiosus: ⁊ ideo facit fluere torrētes prius desiccatos ⁊ sic petit psal. ꝙ gratia diuina affluat in pplo de captiuitate reducto: sicut tpe salomonis ꝑ reedificationē ciuitatis ⁊ tēpli vbi dabantur diuina respōsa. Et ad hoc impetrandum allegat psal. populi penitentiā: q̄ est dispositio ad grām impetrandā di. g ¶ Qui seminant in lachrymis. ꝑ verā contritionē de peccatis. h ¶ In exul. me. ex con-

De materia psi.

De cyro persarū rege

Lachrīe lauāt delictū. de pe. dist. iij.

s:cutione gratie diuine ⁊ dñr applicat ad populũ isrl'di. i ℂ Euntes in captiuitatẽ babylonicã. k ℂ Ibãt et flebãt.ex cõtritione de pctis ꝑpter q̃ pctã captiuitatẽ meruerãt. l ℂ Mittẽtes semina sua.sicut eñ fructus ꝑducitur ex semine:sic ex vera ⁊ pfecta penitentia suo modo reportat bñficium diuine gratie:iõ subditur. m ℂ Uenientes aũt ⁊c.⁊ pꝫ litera ex dictis. Moraliter autẽ põt exponi psalmus iste de quolibet redeũte de pctõ mortali tanq̃ de babylone que cõfusio interpretatur:⁊ per verã pniam cõsequitur donum gratie in presenti ⁊ glorie in futuro.

Moralis expositio

tent. Euntes[k] ibant ⁊ flebant mittẽtes[l] semina sua. Uenientes[m] autem veniẽt cum exultatione portantes manipulos suos.

ℂ Canticum graduũ salomonis. Psal.cxxvi.

Nisi[a] dominus edificauerit domũ in vanum[b] laborauerunt q edificãt eam. Nisi dominus custodierit ciuitatẽ: frustra vigilat qui custodit eã. Uanum[c] est vobis ante lucẽ surgere:surgite[d] postq̃ sederitis qui[e] manducatis panẽ doloris. Cũ dederit[f] dilectis suis somnũ[g] ecce hereditas[h] dñi filij merces[i] fructus vẽtris. Sicut[k] sagitte ĩ manu potẽtis:ita filij[l]

ℂ Psalmus.cxxvi.

De titulo psalmi.

Nisi dñs. Huius ps ꝓmittit talis titu.in heb.⁊ in transla.Hiero. Canticũ graduum salomonis. ⁊ sm q̃ dr Rab.sal. iste ps intitulatur a salomone nõ sicut ab authore:sꝫ q: factus fuit ab ipo dauid qui sicut ꝓuidit eũ edificaturũ domũ dñi:ita preuidit eũ accepturũ in vxorẽ filiaꝫ pharaonis cõtra diuinã legem q̃ prohibet iudeis accipe mulieres alienigenas. ⁊ sm hoc dicit. Nisi dñs edificauerit domũ in vanum laborauerũt qui edificant eam.q.d.frustra edificat domũ dño qui trãsgredit eius mandatum q: melior est obedientia q̃ victime.i. reg.xv.Et ad hanc snīaꝫ applicat lrãm sequẽtem. Sed istud dictuꝫ videt esse manifeste ꝯ sacrã scripturã q̃ dicit.iij. Reg.viij.⁊.ij. Paralip.v.q̃ edificata domo nebula ĩpleuit eam in signũ diuine acceptiõis.⁊.ij. Paral'.viij. q̃ ignis tũc descẽdit de celo ⁊ deuorauit holocausta ⁊ victimas ⁊ maiestas dñi impleuit domũ. Item.iij.reg.ix.dicit q̃ dñs apparuit salomoni sicut apparuit ei in gabaon.dixitq; dñs ad euꝫ.Exaudiui orationẽ tuã ⁊c.⁊ subdit.Et sanctificaui domũ hanc quã edificasti:⁊ p oĩa ista ostendit q̃ illa edificatio fuit deo accepta. Itẽ salomon nõ videt in aliquo peccasse accipiendo filiã pharaonis in vxorẽ.sicut dictũ fuit.iij.Reg.iij.⁊ ideo dicendũ q̃ salomon fecit ps istũ.q: tñ reputabat se ⁊ totũ populũ nõ sufficere ad edificationẽ dom⁹ dñi:sm q̃ ipse dixit.ij.Parali.ij.Quis eñ ꝓualere poterit vt edificaret ei domuꝫ dignã q̃si diceret nullus nisi ipsemet deus apponat manũ suã:ideo sm hoc dr. Nisi dñs edificauerit domũ in vanũ laborauerũt qui edificãt eã. Circa qd sciẽdũ q̃ domus dñi dupl'r edificat. Uno modo corpaliter ex lignis ⁊ lapidib⁹. Alio mõ spũaliter p doctrinã in fide et in morib⁹:⁊ in vtraq; edificatione reqrit diuinũ auxiliũ. Igit in hoc psal.agit primo de edificatione corporali.scdo de spũali:ibi.Cũ dederit dilectis suis. Circa primum dicit salomon. a ℂ Nisi dñs edificauerit domũ.dirigẽdo ⁊ cõfortãdo artifices. b ℂ In vanũ laborauerũt q̃ edi.⁊c.vnde ⁊ lapis angularis ꝯsumãs edificiũ parietũ pluries fuit reiect⁹ ab artificib⁹ sicut inutilis:⁊ tñ in cõsumatione edificij fuit aptissimus: qd a dño factũ est sm q̃ dictũ est supra psal.cxvij.Lapidẽ quẽ reprobauerũt edificãtes hic fact⁹ est in caput anguli.A dño factũ est istud ⁊c.Et ad hoc adducit exemplũ de custodia ciuitatis humana q̃ non valet sine diuina cũ dr. Nisi dñs custodierit ⁊c.⁊ sm snīam ꝓdictã alloquit psal. artifices di. c ℂ Uanũ est vobis ⁊c. id est de mane ⁊ hꝫ trãsla.hiero.⁊ hoc est ante solis ortũ:nisi supple adsit diuinũ adiutoriũ:vt ꝓmissum est. d ℂ Surgite postq̃ sederitis ⁊c.in heb.habet. Retardãtes sessionẽ: mãducãtes panẽ laborantiũ.⁊ est sensus:sicut vanũ est vobis mane surgere ad incipiẽdũ opus nisi assit diuinũ adiutoriũ:ita sine tali adiutorio vanũ est retardare sessionẽ.i. quietẽ ab opere op⁹ multũ ꝯtinuãdo. Et mãducãtes panẽ laborãtiũ isti sunt artifices manualiter operãtes.trãsla.aũt cõis põt sic exponi. d ℂ Surgite postq̃ sederitis.q.d. nõ oportet vos nimis cito surgere ad opus:q: si vobis assit diuinũ adiutoriũ plus faciet q̃ sollicitudo vestra nimia et ideo. d ℂ Surgite postq̃ sederitis.i.postq̃ ꝯuenienter quieueritis. e ℂ Qui mãducatis panẽ doloris.i. vos operarij q̃ habetis victũ ex labore corpali acq̃situm:qui labor est cã doloris in corpib⁹ vestris. f ℂ Cũ dederit. Hic ꝯñr agit de edificio spũali p doctrinã sanã fidei ⁊ moꝝ. Circa qd sciendũ q̃ hec est ꝓa lrã heb. vt dicũt heb.saltẽ moderni. Sic dabit excitãti sese a somno:⁊ est finis versus ꝓcedentis in heb.⁊ in trãslat. Hiero.⁊ continuat snīe ꝓcedenti:in qua dixerat oparios hr̃e victũ per magnũ laborem corporalẽ:subdens. Sic dabit scꝫ dñs victũ ꝯuenientẽ sine tali labore excitãti se a somno:ꝑpter amorẽ studij legis diuine sicut facit doctor studiosus:⁊ subdit. Ecce hereditas dñi.quã magis approbat deus q̃ domũ materialem. Filij.i. discipuli edocti a doctore predicto. Circa qd sciendũ q̃ ly filij prout scribitur in heb.non põt esse genitiuus singularis numeri sed nrũs pluralis.⁊ quid sit illud bonũ qd acquiritur:dictis discipulis ostendit cũ dicit. Merces fructus ventris.i.bonũ qd reportant discipuli est fructus legis q̃ est sapiẽtia. ⁊ dicitur fruct⁹ ventris eo q̃ latet in corde:qd hic vocatur venter eo modo loquendi quo dicitur Prouerb.xxij. Appone cor tuũ ad doctrinã meam que pulchra erit tibi cũ seruaueris eã in ventre tuo:sic exponit Rab.salo. Ad hũc aũt intellectum põt aliquo modo reduci trãslatio cõmunis:q̃ sic habet. Cum dederit dilectis suis.i.studiosis doctoribus in doctrina fidei ⁊ moꝝ:qui sunt a deo dilecti. g ℂ Somnũ.i.requiẽ per mortẽ que dicitur somnus in scriptura Jo.xi. Lazarus amicus noster dormit:sed vado vt a somno excitem eum. h ℂ Ecce hereditas domini filij.i.fideles edocti ab ipsis in fide ⁊ moribus:qui dicũtur eorum filij in scriptura sunt hereditas domini magis dilecta q̃ domus materialis:⁊ quid sit bonũ quod reportant finaliter ostenditur cum dicitur. i ℂ Merces fructus ventris.i.christus qui est fructus vẽtris virginalis est merces eorum:q: est beatitudo obiectiue.in aspectu eñ sue diuinitatis reficiũtur beati interius ⁊ in aspectu sue humanitatis exterius:sm q̃ dicit Aug.super Joan. k ℂ Sicut sagitte in manu potẽtis q̃ sunt parate aduersariorum destructionem. l ℂ Ita filij excussoꝝ.i.de numero expeditoꝝ ad pugnã tanq̃ excussi ab impedimentis.in heb.aũt habetur. Ita filij iuuentutum:⁊ est eadẽ snīa:q: iuuenes sunt magis expediti ad pugnandũ:⁊ isti

De salomone.

Domum dñi dupl'r edificat.

Somnus pro morte accipitur.

sunt illi filij de quibus ꝓdictum est qui sunt edocti in fide ⁊ moribus a sanctis doctoribus:⁊ sic sunt parati debellare aduersarios veritatis:sm q̃ dr ad Tytũ.i. Amplectentẽ eum q̃ sm doctrinã est fidelẽ sermoneꝫ vt potens sit exhortari in doctrina sana ⁊ eos qui ꝯdicunt arguere. m ℂ Beatus vir qui impleuit desideriuꝫ suum ⁊c.in heb.⁊ in trãsla.hiero.hꝫ. Pharetrã suã ex ipsis:p quã intelligit schola doctoris vel ecclesia boni pastoris:vbi congregant tales filij sic edocti.ad eundẽ sensuꝫ reducit lrã cõis:cũ dr. Desideriũ suũ ex ipsis q:

Pharetra est vagina vbi sagitte reponunt.

excussoꝝ. Beatus[m] vir q impleuit desiderium suũ ex ipis:nõ[n] ꝯfundet cũ loquet inimicis[o] suis in[p] porta.

ℂ Canticum graduum. Psalmus.cxxvij.

Beati[a] oẽs qui timent dñm qui[b] ambulant in vijs ei⁹. Labores[c] manuũ tuarũ q: mãducabis:beatus es ⁊ bñ tibi erit. Uxor[d] tua sicut vitis abundãs in lateribus[e] domus tue. Filij[f] tui sicut nouelle oliuarum in[g] circuitu mẽse tue. Ecce[h] sic bñdicet homo q̃ timet dñm. Benedicat[i] tibi dñs ex syon:et[k] videas bona hierusalẽ oĩbus dieb⁹ vite tue. Et[l] videas filios filioꝝ tuorum:pacem[m] super israel.

ℂ Canticum graduum. Psalmus.cxxviij.

Sepe[a] expugnauerunt me a iuuentute mea dicat[b] nũc israel. Sepe[c] expugnauerũt me a iuuẽtute mea:etenĩ[d] nõ potuerũt mihi. Supra[e] dorsum meũ fabricauerũt pctõres ꝓlongauerũt[f] iniqtatẽ suam. Dñs[g] iustus ꝯcidet ceruices pctoꝝ cõfundantur[h] et cõuertantur retrorsum oẽs[i] qui oderũt syon. Fiant[k] sicut fenũ tectoꝝ qd priusq̃ euellat exaruit. De quo[l] nõ[m] ĩpleuit manũ suã q metet:⁊ sinũ suũ q manipulos colliget. Et[n] nõ dixerũt q ꝓteribãt bñdictio dñi sup vos:bñdicimus vobis in noĩe domini.

bonus doctor desiderat hr̃e tales filios:⁊ similiter bon⁹ pastor:⁊ q: bonitas eoꝝ redũdat ad meritũ doctoris vl' pastoris:ꝑpter qd talis doctor vel pastor est btũs vir.iõ subditur. m ℂ Beat⁹ vir.s.ex ꝯgregatiõe eoꝝ. n ℂ Nõ cõfundet talis doctor vel pastor:vel h̃ refert ad quẽlibet discipuloꝝ electoꝝ. o ℂ Cũ loqtur inimicis suis.i.aduersarijs veritatis eos potẽter arguẽdo. p ℂ In porta.hoc est in loco patẽti vel in porta.i.in iudicio:q: iudices antiquitus in portis sedebãt ⁊ ibi coram eis aliqñ facte sunt disputationes fideliũ cum infidelibus. ℂ Psalmus.cxxvij.

Beati oẽs. Tit.huius psal.est. Canticum graduũ:cui⁹ snīa pꝫ ex supradictis. De materia vero hui⁹ psal.videt q̃ sit quedã inuitatio ad timorẽ dei:ꝓmittẽdo deũ timẽtibus ꝓsperitatẽ tẽporalem sm vet⁹ testamentum:in quo p talibus bona temporalia ꝓmittebãtur:sm q̃ dr Esa.i. Si volueritis ⁊ audieritis me bona terre comedetis et sm h̃ dicitur. a ℂ Beati oẽs q̃ timẽt dñꝫ et dicit oẽs indifferẽter:q: non est ꝑsonarũ acceptio apud deũ. Act.x. b ℂ Qui ambulãt in vijs eius.mãdatis suis obediẽdo q̃ sũt vie deueniẽdi ad salutẽ. c ℂ Labores manuum tuarũ ⁊c.i.si timueritis deũ habebis abundantiã bonoꝝ temporaliũ. ita q̃ nõ oportebit de alieno viuere. secũdo promittit abundantia in ꝓle q̃ est magis reputãda q̃ diuitiarũ abundãtia cũ dicit. d ℂ Uxor tua ⁊c. q: pariet tibi filios multos. e ℂ In lateribus ⁊c.q: habebis abundanter vñ poterunt nutriri in domo tua.⁊ nõ solũ nutriti:sꝫ etiã ad augmentũ perduci.iõ subdit. f ℂ Filij tui ⁊c.gratiose crescẽtiũ. g ℂ In circuitu mẽse tue.parati ad ministrandũ tibi honorifice. Tertio ꝓmittit celebritas fame cũ dr. h ℂ Ecce sic bñdicet hõ.i. cõmendabit et ei bona imprecabunt:q: quilibet dicet de eo. i ℂ Bñdicat tibi dñs ex syon.i.in tẽplo qd erat in monte syon vbi fiebãt oblationes p salute timẽtiũ deũ:⁊ dabant diuina rñsa. k ℂ Et videas bona hierlm oibus dieb⁹ vite tue.magna eñ erat ꝯsolatio pplo deuoto qñ ciuitas hierl'm in qua vigebat cult⁹ diuinus erat in bono statu. l ℂ Et videas filios ⁊c.i.lõgam vitã habeas. m ℂ Pacẽ sup isrl'.resumat ly videas.s.pacẽ sup totũ populũ magna eñ erat ꝯsolatio timẽtib⁹ deũ videre pplm in pacificũ statum. ℂ Psalmus.cxxviij.

De ma.psi

Sepe expugnauerũt me a iuuẽtute mea. Titul⁹ huius psal.est. Canticũ graduũ.⁊ pꝫ snīa ex supradictis. De materia vo hui⁹ videt saluo meliori iudicio q̃ sit gratiarũ actio p liberatione populi isrl' a ꝑsecutionib⁹ suis q̃ frequenter legit facta a deo. Et diuidit in duas ptes:q: primo ponitur dicta liberatio. scdo ꝑsequentiũ punitio.ibi dñs iustus. Circa pmum dr. a ℂ Dicat nũc israel.gratãter recognoscẽdo liberationẽ sui a piculis. b ℂ Sepe expugnauerũt me a iuuẽ. mea.iuuẽtus aũt israel dr qñ fuit in egypto.vñ dixit dñs Hier.ij.c. Recordatus sum adolescentiam tuã qñ secuta es me in deserto ⁊ loquit de congregatione populi israel:tunc eñ liberauit eos dñs ab egyptijs persequentibus in mari eos submergendo. Exod.xiiij. ⁊ postea ab amalechitis eos inuadentibus. Exod.xvij.⁊ ideo replicatur. c ℂ Sepe expugna.me ⁊c. d ℂ Etenĩ nõ potuerũt mihi.s.ꝓualere:q: egyptij fuerunt submersi ⁊ amalechite debellati. e ℂ Supra dor.⁊c.egyptij filij israel grauia onera imponentes vt habetur in Exodo. f ℂ Prolõgauerunt ⁊c.nolẽtes dimittere populũ ad dei mandatũ.⁊ sic nõ solũ fuerunt filijs israel crudeles:sed cũ h̃ deo rebelles. g ℂ Dñs. Hic ꝯñr ponit dictoꝝ ꝑsecutoꝝ punitio: cuꝫ dr. Dñs iustus ⁊c.eos malis gratibus suis humiliãdo. h ℂ Confundant ⁊ conuertant retrorsum.tanq̃ debellati a deo. i ℂ Omnes qui oderũt syon.q̃ tunc erat locus diuini cultus:⁊ p hoc intelligunt filij israel qui locum istũ causa deuotionis frequentabant. k ℂ Fiant sicut fenũ ⁊c.qd post modicum vigorem cito deficatur ⁊ deficit:⁊ in hoc petit ps.q̃ prosperitas ꝑsequentium populũ israel cito transeat ⁊ deficiat. l ℂ De quo.i.de feno tectoꝝ. m ℂ Non impleuit ⁊c.q: reputat ipsum inutile:⁊ in hoc designat psal.q̃ ꝓsperitas temporalis maloꝝ nõ est vtilis:sed magis nociua. n ℂ Et non dixerũt ⁊c.modus est hoim transeũtiũ iuxta terre nascẽtia bonũ fructũ facientia imprecari bñdictionem dñi super ipsa:⁊ non sup terre nascẽtia nullũ bonum fructũ faciẽtia:⁊ p hoc petit psal.q̃ ꝑsecutorib⁹ populi israel nõ imprecent ꝓspera:sed magis aduersa sm ordinem diuine iustitie mala eorum punientia. ℂ Psalmus.cxxix.

materia psalmi. ⁊ gratiarũ actio pro liberatione populi israel.

Persecutorum dictoruꝫ punitio.

Universidad de D
Biblioteca

[D]E profundis cla. Titul⁹. Canticũ gradnũ: ꝛ pꝫ sñia ꝑ ꝑdicta. De materia vo huius psal. dicunt aliqui ꝙ ẽ oro ipsi⁹ dd ꝑ sua liberatiõe a pctis adulterij cũ bersabee ꝛ homicidio vrie: sed finis psal. videt magis pcedere ꝙ sit oratio ꝑ liberatiõe ppłi israel a babylonica captiuitate facta ab aliquo spũ dei hñte. q̃ loquẽs in psona ppłi dicit. a ❡De pfundis. i. de terra babylonis q̃ est dimissa respectu iudee. ꝛ etiã q: in babylonia aliq̃ de iudeis erãt positi in carcerib⁹ subterraneis. b ❡Clamaui ad te dñe orãdo corde ꝛ ore. c ❡Fiãt aures tue intendentes. loquit de deo ad modũ hoĩs cui⁹ aures sunt attẽte ad petitionẽ quã vult exaudire. d ❡Si iniquitates obseruaueris domine. volendo eas vsq ad vltionem punire. e ❡Dñe q̃s sustinebit. q̃si dicat null⁹: q: peccata propter que popul⁹ fuit captiuat⁹ fuerunt multa et grauia valde. vt patet ex. iiij. Reg. ꝛ. ij. Para. a ❡Qꝛ apud te ppi. est: et pro ꝛc. in heb. hꝫ. Qꝛ tecuꝫ est ppiciatio propter hoc timeberis. qd exponit ra. sa. sic. Qꝛ tecuꝫ est ppiciatio. i. q: tu sol⁹ potes pctã dimittere. Propter h̃ timeberis. i. es timẽdus si em̃ ali⁹ posset pctã remittere non sic esset. quia ad illũ posset eẽ recursus. Et ad idẽ vr tendere trãsla. hie. q̃ sic hꝫ. Qꝛ tecũ est ppiciatio cũ sis terribilis. ſm vo trãsla. cõmunẽ sic allegatur ratio ꝙ de⁹ nõ puniat pctã ad plenum ꝛ allegatiõe sue mĩe cũ dꝫ. a ❡Quia apud te ppiciatio est: quasi dicat q: ppriuꝫ tibi ẽ misereri ꝛ parcere: nõ decet te iniquitates ꝑdicto mõ obseruare. b ❡Et ppter legem tuã q̃ pmittit vere penitẽtibus misericordiam. c ❡Sustinui te dñe. expectando beneficiuꝫ tue misericordie. d ❡Sustinuit anima mea in verbo ei⁹. qd pmittit misericordiam penitentibus. ꝛ sic est repetitio eiusdem sententie sub alijs verbis ad maiorẽ expressionẽ affect⁹. sicut cõmuniter fit in deuotis orationib⁹. e ❡Sperauit anima mea in dño ꝛc. hic est principiũ versus qui talis est in heb. ꝛ in transla. hiero. Anima mea ad dominũ a vigilia matutina vsq ad vigiliã matutinã. ꝛ sic exponit. Anima mea ad dominũ: intenta per deuotionẽ expectãdo suã misericordiã. A vigilia matutina vsq ad vigiliã matutinã. i. a pncipio diei naturalis vsq in finẽ cõcludẽdo diẽ ꝛ noctẽ: ꝛ per hoc insinuat psal. ꝙ anima iusti debet semper ad dominum esse intẽta: nõ solũ tpe psperitatis signato per diẽ: sꝫ etiã aduersitatis assignato per noctẽ. ꝛ sic cũ transla. communi dicit. f ❡A custodia matutina vsq ad noctẽ: ly vsq ad noctem intelligit inclusiue. g ❡Speret israel in domino. hic est principiũ versus sequentis in heb. ꝛ in transla. hiero. dicit igitur. Speret israel in domino. misericordiã eius patiẽter expectãdo. cui⁹ rationem assignat di. h ❡Quia apud dominũ misericordia. q̃ superexaltat iudiciuꝫ. vt de Jaco. ij. i ❡Et copiosa apud eum redemptio. q. d. potens est multis modis redimere populum israel de captiuitate: ꝛ non solum de captiuitate corporali: sed etiam spirituali. ideo subditur. k ❡Et ipse redimet israel ex omnib⁹ iniquitatibus ei⁹. quod semper verificatur de vere penitentibus. et sic ex fine huius psal. apparet ꝙ est oratio pro toto populo israel sicut predictum est in principio eius.

❡Canticum graduum. Psalmus.cxxix.

[D]E profũdis[a] clamaui[b] ad te dñe: domine exaudi vocẽ meã. Fiãt[c] aures tue intendẽtes in vocẽ depcatiõis mee. Si iniquitates[d] obseruaueris dñe: dñe[e] q̃s sustinebit. Qꝛ[a] apud te propiciatio est: ꝛ[b] propt legeꝫ tuã sustinui[c] te dñe. Sustinuit[d] aĩa mea in verbo ei⁹: sperauit[e] aĩa mea ĩ dño. A custodia[f] matutina vsq ad noctẽ: speret[g] israel ĩ dño. Quia[h] apud dominũ mĩa ꝛ[i] copiosa apud eũ redemptio. Et ipe[k] redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius.

❡Canticum graduum. Psalm⁹.cxxx.

[D]Omine[a] nõ est exaltatũ cor meũ: neq[b] elati sunt oculi mei. Neq[c] ambulaui in magnis: neq[d] in mirabilib⁹ super me. Si[e] nõ humiliter sentiebam: sed exaltaui[f] animã meam. Sicut[g] ablactatus est super matrẽ suã ita[h] retributio in animã meã. Speret[i] israel in dño ex[k] hoc nũc et vsq in seculum.

❡Psalmus.cxxx.

[D]Omine nõ est exaltatũ. Huic ps. premittit talis ti. in heb. Canticũ graduũ ipsi dauid. Ex quo patet ꝙ dauid fecit ps. istum. Circa quod sciendum ꝙ sicut in corpore naturali bona et mala dispositio capitis redundat in membris: sic meritum ꝛ demeritũ principis redundat in subditis. vnde ꝛ populus israel fuit percussus ppter peccatum dauid in populi numeratione vt habetur. ij. regũ. xxiiij. Ideo dauid hoc cõsiderans in hoc psal. pponit corã deo meritũ vite sue nõ ad iactantiam sed in se recognoscens diuinã misericordiam ꝛ gratiã ad populi sibi subditi cõseruationem: sicut. iiij. reg. xx. Ezechias dixit. Obsecro domine memẽto queso quomodo ambulauerim coram te in veritate ad impetrandum prolongationem vite sue. Et quia humilitas est fundamentum aliarum virtutum: ideo in hoc ps. magis facit mentionem de sua humilitate per hoc insinuãs alia bona superedificata a deo. dicit igitur. a ❡Dñe non est exaltatuꝫ cor meũ. motu superbie interiori. b ❡Neq elati sunt oculi mei. in signo exteriori. Dispositio em̃ cordis magis apparet in oculis q̃ in partib⁹ alijs. c ❡Neq ambulaui in magnis. ostendendo superbiam in facto. d ❡Neq in mirabilibus super me. i. in transcẽdentibus statum meum. vt per hoc essem in admiratione hoĩm: qd maxime querũt superbi. e ❡Si nõ humiliter sentiebam. de meipso. f ❡Sed exaltaui aiam meã. i. meipsum a parte denominãdo totuꝫ me superbiam eleuando fiat sup. de me punitio in modũ qui sequitur. g ❡Sicut ablactatus est super matrẽ suã. a quo mater subtraxit mãmillã sic a deo subtrahatur mihi omnis cõsolationis dulcedo: sed q: nolebat populum puniri ppter ipm: ideo subdit. h ❡Ita retributio in animã meã. i. fiat punitio in ppria psona. sic em̃ loquebatur. ij. reg. xxiiij. Ego sum qui peccaui: ego qui inique egi. iste oues q̃d fecerunt vertat obsecro ira tua contra me: ideo subditur. i ❡Speret israel in domino. psequi bona ab ipso: ita ꝙ occasiõe mei nõ puniatur in aliquo. k ❡Ex hoc nũc ꝛ vsq in seculũ. i. per totũ tempus futuꝝ. Moralitas aũt hui⁹ ps. est vt principes mundi exemplo dauid zelent pro salute populi sui.

❡Psalmus.cxxxi.

De materia ps.

Solus ergo de⁹ hominẽ interius mundat a peccati macula ꝛ a debito pene eterne soluit. Mag. sẽ. iiij. distic. xviij.

Similitudo.

Humilitatis pfectio consistit in decem gradibus.

[M]Emento dñe dauid. Titul. huius psal. Canticum graduũ. licet in hoc ti. nõ ponat nomẽ dauid: tamen fuit autor hui⁹ psal. vt dictũ fuit supra psal. xxij. et apparebit in pcessu hui⁹ ps. in quo dauid facit mentionẽ principaliter de duob⁹: vꝫ de deuotione quã habuit de edificatione templi. ꝛ de pmissione sibi facta a deo q̃tuꝫ ad successionẽ regni in filijs suis de q̃bus duob⁹ hꝫ. ij. reg. vij. pmo ergo ponit primum. secũdo scdꝫ: ibi. Jurauit. Prima in duas. Circa primum dicit. a ❡Memento dñe dd. Conferẽdo ei bona gratie ꝛ glie. b ❡Et ois mãsuetudis eius. que manifeste patuit in h̃ ꝙ sauli ipꝫ ad mortem psequẽti bis a morte pepcit cũ posset eũ occidere: ꝛ qd plus est de manib⁹ viroꝝ suorum saulẽ occidere volentiũ liberauit ipm: vt hꝫ. j. reg. xxiiij. et. xxvj. Et q: non solũ fuit mãsuetus: sꝫ etiã valde deuot⁹: iõ subditur. c ❡Sicut iura. ꝛc. lꝫ em̃ sit deus oĩm gñaliter: tñ dicit deus iacob spãliter: q: voluit ei exhibere spãleꝫ cultũ. Geñ. xxviij. dicẽs. Erit mihi dñs in deũ. ꝛ lapis iste quẽ erexi in titulũ vocabit dom⁹ dei ꝛc. et quale fuerit votum dauid subdit. d ❡Si introiero. i. non introibo. e ❡In tabernaculũ dom⁹ mee. ibi habitãdo in mẽtis quiete. f ❡Si ascẽdero. i. nõ ascendam. g ❡In lectum strati mei. ibi dormiendo deliciose. h ❡Si dedero. i. non dabo. i ❡Somnũ oculis meis: pfectum ꝛ quietuꝫ. k ❡Donec inueniã locũ dño. i. aptuꝫ ꝑ tẽpli edificatiõe: iõ subditur.

❡Canticum graduum.cxxxi.

[M]Emento[a] dñe dauid: ꝛ[b] ois mãsuetudinis ei⁹. Sicut[c] iurauit dño votum vouit deo iacob. Si[d] introiero in tabernaculuꝫ dom⁹[e] mee si[f] ascẽdero i lectũ[g] strati mei. Si[h] dedero somnũ[i] oculis meis ꝛ palpebris meis dormitationẽ ꝛ requiẽ tẽporib⁹ meis: donec[k] inueniã locũ dño tabernaculũ[l] deo iacob. Ecce[m] audiuimus eam in ephrata[n] inuenim⁹ eã[o] in cãpis silue. Introibim⁹ in[p] tabernaculũ eius: adorabim⁹[q] in loco vbi[r] steterunt pedes eius. Surge[s] dñe in requiem tuã: tu[t] et archa sanctificatiõis tue. Sacerdotes[v] tui induantur[x] iusticiam: et sancti[y] tui exultent[z]. Propter[a] dauid seruuꝫ suũ: nõ auertas[b] faciẽ christi

